Psalmorũ omnium: iuxta Hebraicam veritatẽ paraphrastica interpretatio autore Joanne Campensi: publico: cũ nasceretur et absoluerek: Louanij Hebraicarum literarũ professore.

Reuerendissimo domino Joanni Dantisco Episcopo Culmensi &c. dedicata.

Accessit Athanasius ad Marcellinum in libros Psalmorum Campione interprete.

Paraphrasis in Concionem Salomonis Ecclesiaste succinctissima: et quantum phrasis Hebraica permittit: ad literã proxime accedens y eũdẽ Joannem Campẽsem.

Joan. Dantisci. E. L.

in eandē Paraphrasim. Epigrāmata.

PUra mēte deū si vis cognoscere lector
Et quis sit vere religionis amor:
Et quibus ipse modis deus est orād⁹, et illi
Fidere quo possis pectore, labe reus:
Hec lege diuini, sacrata poemata vatis,
Qui fidei nostre fons et origo fuit.
Ex cuius sacro, mundi seruator Jesus
Semine, mortali corpore, fact⁹ homo est.
Cum falsis veteres diis, interiere Poete:
Nominis illorum, fabula sola manet.
Hic cū ppetuo, viget omni tēpore Christo:
Istud et in terris, dulce reliquit opus.
Dulce quidē numer⁹, sed sensu dulci⁹ omni
Melle, quod ex Hybla sedula legit apis.
Clarius hoc tādē Campēsis reddidit orbi.
Interpres lingue, candidus Hebraice.
Perlege, ne pigeat, mētē sup astra leuabis,
Plusq̄ pius fies quam modo, lector, eras.
Non hic Castalios, ficto de fonte, liquores,
Sed quos dat Christi spiritus, or⁹ bibes.
Que quondā pulci, finxere poemata vates,
Mentitis pollent, omnia plena iocis.
Hic ē firma fides, hic spes, hic feruor amor⁹:
Quē quisq̄ in summū, debet habere deū.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Reuerẽdissimo domino Joanni Dãtisco Culmensi Episcopo, Regis Serenissimi Polonie apud Celsariam maiestatem oratori, &c. Joannes Campẽsis S.

HAbes tãdem modis omnibus ornatissime Presul: succinctã in psalmos omnes paraphrasim: iuxta Hebraicam veritatem: in qua cum verbum verbo respondere non potuerit: versus tamen versibus secundũ Hebreorum exactissimam distinctionem: exacte respondent: qui in vulgata editione in plurimis locis confusi: rem per se alioqui obscuram plus satis: obscuriorem reddiderũt. Quis autem fuerit author huius editionis: qua Ecclesia vtitur: mea non multum refert: hoc vnum tantum affirmo: indignam esse que diuo Hieronymo tribuatur: constat hunc per omnia Grecam editionem secutum: vertisse quicquid vertit: cuius non minus obscurus est author: quam est nostre huius. Certum enim est ex ipso Aristea: quis septuaginta duos interpretes iussit Ptolomei regis in Egyptum perduxit: qui que quid egerint: quomodo a rege excepti fuerint: quot horas versioni singulis diebus impenderint: quodque non septuaginta cellulis: alij ab alijs seclusi fuerint: sed in vna domo consultantes inter se: consonum quiddam ediderint: quod Greco Demetrio describendum traderent

vnico libello complerus est. Et hoc ergo certum est: et ex Josepho in prefatione antiquitatū Judaicarū: imo ex ipso diuo Hieronymo non vno tantum loco: ipsos septuaginta duos: tantū legem: hoc est: quinq; libros Moysi in linguam Grecam transtulisse: absoluerunt enim id ad quod vocati fuerant: eo inquit Aristeas dierum numero quo erant ipsi: hoc est: duobus et septuaginta. Hec paucis hic non sine causa commemorare libuit propter receptam: sed perniciosam persuasionem in Grecis de septuaginta: et Latinis de vulgata editione: quod ea sit diui Hieronymi: atque ob id in neutra quicquam mutare ex ipsis Hebraicis fontibus liceat: cum extet iuxta Hebraicam veritatem editio alia: quam certissimum est esse ipsius Hieronymi? quamuis Ecclesia nescio quo modo eam nō receperit. Qui ergo nunc conatur melius quiddam afferre: quam vsu receptum est: non diuersum a Hieronymo cum iniuria sanctissimi et doctissimi viri facit: sed idem penitus: quod olim faciebat ipse. Verum hec hactenus: ad me enim non multum pertinent: qui non interpretem ago: sed Paraphrasten: quique authoritatem in Ecclesia nullam ambio: nec cuiquam iniuriam facio: nisi forte obscuros locos: eosque non paucos: ob nimis scrupulosum in reddendo verbum verbo fidem: ex licuisse aliis verbis apertioribus: si iniuriam facere. Ego tantum natiuum quendam gustum horum Psalmorum dare nolui: futurum sperans: vt olim Ecclesie consensu totum vetus testamentum doctis et linguarum peritis in nostram linguam

transferendum committatur: quemadmodum audio hunc nostrum summum pontificem Clementem septimum: ante nuperrimam Romane vrbis expugnationem tentasse: vt videlicet ea prouincia sex iudeis: et sex Christianis Hebraice peritis mãdaretur. Sed ad rem nostram reuertamur: hanc paraphrasim: quã tãopere in publicum prodire cupis: maxima ex parte: ante aliquot annos Louanij: cũ linguam hebraicam in Buslidiano collegio profiterer: auditoribus meis non hoc dictaueram: vt vnquam euulgaretur: sed vt aliquos ad studium Hebraicarum literarum inuitarem: reipsa ostendere conatus sum: non vtilem solum: sed necessariam fore ad sacros authores intelligendos eius linguæ nonnullam cognitionem: quod quam videatur verisimile alijs nescio: de me hoc dicere possum: quod nullis commentarijs in hũc Psalmorum librum (puto enim me omnes prope modum legisse: qui aliquo modo in precio fuerint) tantum adiutus fuerim: quantum exigua: imo propemodum nulla sacrosancte huius linguæ notitia. Habe itaq; mi Dantisce non nostri tantum seculi presulum decus: quod a me nullus impetrasset alius: quantumuis id multi conatisint: et boni: et docti: nec mediocriter magni viri: non quod illos iudicauerim hisce meis nugis indignos: sed quod mihi persuadere nunquam potuerim: aliquid inesse: quod doctis placere posset. Quid ergo causæ sit fortasse ipse tu rogabis: cur nunc tibi dem: quod nulli dare constitueram. Paucis respondebo: fama nominis tui: qua mihi annis non paucis cognitus fuisti: & ipsa presen-

tia: que famam a deo non minuit: vt a uerit: tiam vehementer: cogunt me credere plus tibi: quam ipsi mihi. Deprehendi enim non fallacibus argumentis reculam quãdam in te: oportet enim minimum quiddam esse: quid vir vlla lingua pluribus dignata est syllabis: quam vna: et Hebreis est ל Grecis νοῦ: Latinis mens: tu si voles et reliquis linguis addes: nouisti enim totius Europe ferme omnes: hec certe syllaba magis me rapuit in amorem tui: quam vlle tue opes: aut innumera alioqui beneficia: et quid me non raperet: quum per eam: cum summa eruditione: et nequaquam Sarmatica ciuilitate coniunctam ad pontificale culmen euectus sis: et merito apud potẽtissimos principes tam sit gratiosus meus hic Sarmatã: vt si quidlibet indutus celeberrima per loca vadit: omnis Dantiscũ decet color: et status: et res. Vale dñe mi: et has qualescunq; laboris mei primitias consule boni: meliora tibi promitto: et alia multa: et hec fortassis ipsa: si deus vitam concesserit.

Norimberge, iiij. Maii.

1534

Joannes Campensis Lectori.

TItulos psalmis omnib⁹ Hebraice addere constitueram, si Petreius habuisset, quemadmodum habet elegãtes, sic ad presentẽ dum polutos satis. Verum ea iactura magna videri cuiq⁹ nõ debet, propterea q⁹ tantum Hebraice adscripturus fueram: persuasum enim habeam doctissimor⁹ Judeorum opinione, nihil illos facere ad Psalmorum intelligentiam, sed precipua vocabula, que in illis ponuntur: significat instrumẽta quedam musica: aut genera cantionum: seculis illis notissimarum. Nominib⁹ Hebraicis reliqui eam pronũciationem: qua apud nos nota sunt, nec enim possum⁹ Latina scriptura ea cũ natiua pronũciatiõe sic reddere, vt Judeis et Latinis non merito ridiculi videamur.

Psalmus Dauid.j.

I MOdis omnibus, beatus est ille vir: qui non secutus est consilium eorum, qui sine certa lege viuunt, neq⁹ socius fuit eorum, qui studio faciunt male, Psal. Beat⁹ vir. ps.j.

multo minus eo dementie peruenit, vt impostorum illi vita placuerit.

2 Quin potius in doctrina domini totus erit, et doctrinam illius animo voluet, et reuoluet nocte et die.

3 Quare similis erit arbori plãtate iuxta riuulos aquarũ, que fructũ maturũ proferet tempore opportuno: cuius ne vnũ quidem folium marcescet, et quemcunq; illa fructũ protulit, vitalem ille adferet aliam.

4 Non õge aliter eueniet impijs ex legibus: erũt enim veluti festuca, que ludibrium est vẽti.

5 Quare subsistere nõ poterũt impij illi, sed causa sua cadent, quãdo ad normã equitatis vita illorum expendetur, neq; transgressores durare poterunt in cetu iustorum.

6 Agnoscit enim dominus modum viuendi iustor, & gratus est illi, sed vite genus illorum, q̃ deũ nõ habent pre oculis, interibit.

2.

Quare fremuerunt gentes? Psal. ij

1 Que dementia fecit exteras nationes inter se conspirare, & iudaicã factionem, rem stultam animo concipere?

2 Opposuerunt enim se: qui reges sunt orbis, et principes inito cõsilio conspirauerũt aduersus dominum, et christum illius.

3 Rumpamus inquientes laqueos eorum, abijciamus a nobis vincula eorum, ne pareamus legibus eorum.

4 His minus nihil aliud, q̄ ei qui celos ipsos inhabitat, risum mouent, et ipsi domino cachinnum.

5 Quando enim videbit illi: loquet tāq̄ iratus cum eis, et veluti grauiter cōmot⁹ turbabit, et irrita faciet omnia consilia eorum.

6 Ego interim, inquit dñs, inuitis illis p̄feci regē, qui mihi placet, mōti Sion, in quo sanctitatis mee specimina edere constitui.

7 Arripio ego rex conditionem, et tāquam firmissime decretum in acta referam hoc, quod dominus dixerit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

8 Et, si poposcer⁹ a me, veluti patrimoniū, et hereditatem iure tuos, possidebis omniū nationum populos, et ditio tua extendetur vsq̄ ad extremos fines terre.

9 Tāq̄ tibi erit facile, si rebellare voluerint, confringere illos sceptro tuo ferreo, et potestate regia, quam figulo frangere vasculum, quod pauloante finxerat ipse.

10 Quare tandem resipiscite o reges, et rectā admonitionē admittite quotquot estis iu-

dices terre.

11 Et depositis radiculis minis, libēter vos imperio domini subdite, et gaudete talem vobis contigisse regem, memores interim quantus sit, et quā metuēdū ne offendatur.

12 Itaq; filium, quem vobis prefecit, osculamini, et amicitiam illius expetite: ne forte irascatur, et vos a recta via aberretis: si enim veluti ira accensus cum rebbellibus vobis agere ceperit, quod nisi resipiscatis breui futurū est, sero sentietis quam bene felices fuerint, q̄ se illi⁹ imperio subdiderūt.

Psalmus Dauid cum fugeret Absalon filium suum.

Dñe q̄d mul' tiplicati sūt. p. iij. aq̄

1 Domine quam sunt multi, qui affligunt me: plurimi insurgunt aduersum me.

2 Multi dicunt de me, nulla est huic in deo spes reliqua salutis. Tam inuenīūtur impudenter scelerati.

3 Cumtoties tu arripueris in prelio scutū contra hostes pro me, et fueris mihi insignis glorie author, et erexeris caput meū.

4 Voce itaq; mea ad dominum etiam nunc clamabo, et ille exaudiet me e celo, monte videlicet sanctitati illius peculiariter dicato.

Certo certius.

5 Ego iacebam,et suauiter dormiebam, et finito somno securus surgebã:certo sciens quod adesset dominus mihi.

6 Quare non metuissem tum vel cẽtum hominum milia, etiam si summo studio vndiq; oppugnassent me.

7 Exurge domine,et eam securitatem redde mihi:serua me mi deus,qui percutere soles omnium inimicorum meorum maxillas, & ignominiose veluti colaphum impingere illis:et dentes impiorũ male de me loquentium confringere.

8 A solo te expectanda est vera salus:qui in populum te agnoscentem mirifice semper fuisti liberalis. Quod certo constat.

למנצח בנגינות מזמור לדוד

Psalmus Dauid .iiij.

I Quam anxie implorẽ auxiliũ tuũ,exaudi me quesο deꝰ innocẽtie mee testis, qui in angustias redacto mihi latissimũ sepe de improuiso campum aperuisti, etiam nunc miserere,et votis meis respondε. Cũ invocarem. Psal.liij

2 Vos principes viri,qua tandẽ fronte me: quem deus hoc honore dignatus est, studebitis contumelia afficere idq; frustra: quod

enim tentatis, nunquam succedet vobis. Ita res habet.

3 Hoc saltē agnoscite, qui miris modis deꝰ sanctum quēdā sibi elegerit. Dñs exaudiet me, quoties opem illius implorauero.

4 Date operam sedulo ne peccetis, si enim perpenderitis rem ipsam apud animū vestrum in lectis vestris soli, desinetis de me sinistre loqui. Procul dubio.

5 Si quemadmodū externis sacrificijs, ita innocētia studeretis placare deum, tuto illi fidere possetis.

6 Multi dicunt: vtinam aliquis prestet nobis diuitias, tu vero fac luceat nobis (qui te diuitijs preferimꝰ) lumen vultus tui domine, et fauor tuus erga nos appareat.

7 Non inuideo diuitias illis, quin potius gaudio affecisti animum meum, quod illis frumentum et vinum, quemadmodum optauerant, abundanter prouenerit, et diuites facti sunt.

8 Sine metu, fauore tuo contentus, non minus feliciter q̄ diuites illi, et iacebo, et obdormiscam, quia tu domine, qui solus potes, singulari quodam modo ab omni metu liberum habitare facies me.

לִמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת

Psalmus Dauid

1 VErba mea auribus hauri domine, intellige cogitationem animi mei. Verba mea auribus. Psal.v.

2 Considera quã valida voce ex animo clamem ad te, qui mihi propue et rex es, et deus, quare et venio oratum ante omnia te.

3 Domine mane exaudies vocẽ meã summo mane cõponam ad te precationẽ meã, & videbo assecutum me quod volebam.

4 Non enim deus, cui placeat impietas tu es, neq; habitabit apud te quisq; malicios⁹.

5 Non continget malesciole stolidis consistere è regione vultus tui, sed faciem et fauorem tuum auertes ab eis, odio persequeris sceleratos.

6 Subuertes mendaces, hominẽ sanguinarium, et fraudulẽtum abominabitur dñs.

7 Quare ego fretus multa misericordia tua, ingrediar domum tuam, adorabo conuersus ad templum sanctitatis tue, maiestatis tue reuerenter rationem habens.

8 Domine dirige me ad normã iustitie tue, non habeant vnde glorientur, qui insidias parãt mihi, fac plana sit ante oculos meos, via qua itur ad te.

9 In sermone hostium meorum nihil est, cui tuto fidi possit: animus illorum spurcitijs plenus est: sepulchro patenti et cadauerum pedore referto simile est guttur illorũ, per quod erumpit venenum, quod gestant in pectore, et palam fit ex verbis illorum (quantumuis ad fallendum cõposita fuerint) aliud habere illos in ore, et aliud in pectore.

10 Perde illos deus, irrita sint consilia illorum, propter multitudinem scelerum que designant subuertere illos: siquidem te quoq; exasperant.

11 Perde sceleratos, vt gaudeant quotquot subdiderunt se tibi: et perpetuo exultent, ab omni, quod ledere eos posset, te defendẽte securi, et gaudio expleantur: quotquot amãtes sunt augustissimi nominis tui.

12 Helicem muneribus tuis facies iustũ domine, et veluti clypeus proteges illum: gratiositate et fauore tuo exornabis illum.

Psalmus Dauid 6.

Dne ne i furore. Psal. vj.

1 Domine ne pro ira tua, quam aduersum me licet merito, concepisti, castiga me: neq; pro bili, quã ego noui tibi, supplicium sume de me.

2 Quin potius misereat tẽ mei domine, eger enim sum: & te medico magis opus habeo, corpus enim meum conturbatum est totũ.

3 Et animus meus conturbatus est multo magis: tu interim domine, quãdo tandem respicies miseriam meam?

4 Redi quesso domine ad solitam clementiã, et libera animam meam a malis: et pristine sanitati restitue me, habita ratione, non tam peccatorum meorum, quam benignitatis tue immense.

5 Quomodo enim poterit mortuus celebrare memoriã nominis tui, et q demersi sunt ad inferos, quomodo gratum animum pro acceptis abs te beneficijs ostendere poterũt apud eos, qui sunt superstites?

6 Defatigatus sum fletu lamentabili, lectũ meum laui singulis noctibus, et lachrymis meis cubile meum humectaui.

7 Caligine obductus est pre nimio merore oculus meus, hebetata est acies ei⁹ pre metu tante (qui subuertere me cupiunt.) hostium turbe.

8 Discedite a me quotquot machinamini malum mihi, dominus enim placatus est lamentabili et clamoso fletu meo.

9 Audiuit dominus orationem meam, et precationem meam admisit.

10 Pudore afficiantur, et vehementer conturbentur, quotquot inimico sunt animo in me, conuertantur in fugam, et infames fiant subito.

שגיון ipsius Dauid, quod cecinit contra minas Chus Beniamnite. 7.

Dñe deus meus. Psal. vij

1 Domine mi deus spem meam omnē collocaui in te, quare serua me ab hac tanta multitudine persequentium me, et in manus illorum ne sinas incidere me.

2 Si enim qui dux est horum comprehenderit me, non aliter dilaniabit, quam leo ouiculam solet, quam nemo e faucibus illius eripit.

3 Domine si feci quicquam simile sceleribꝰ, qualia ille designat in me multa, et si malitiose vel verbo, vel opere egi vnq̄ cum illo.

4 Si conatus sum perdere quenq̄, qui pacē et amicitiam meā ex animo expetiuit, quē admodū ego expetiui illiꝰ hostis nūc mei, quem & summis e periculis aliquoties eripui, quamuis homo improbissimus nunc odio capitali sine vlla causa persequatur me.

5 Si inquã admisi in illã quicq̃ tale, persequatur inimicus incessanter me, et comprehendat, prosternat vlq; in terram, vitam adimat mihi: consilia vero mea, et de meliore rerũ mearum statu spes in puluere iaceant, et irrite fiant omnes. Ita fiat.

6 Exurge dñe irat⁹, zmoueãt te furores hostium meorũ vt exciteris, et suppetias feras mihi, quemadmodum et pollicitus es.

7 Quod vbi feceris, ingẽs populorum turba accurret, et amplectetur te, orabitq; vt digneris te in altissimo regni tui solio collocare, et rex esse illius.

8 Quam prouinciam non grauate suscipiet dominus, et iuste iudicabit populos illos, iudica et me quæso secundum iustitiam et innocentiam meam.

9 Perdet tandem ipsa maleuolẽtia impios, verum tu confirmabis iustum qui scrutator es cordium, et renum deus iuste.

10 Defensor me⁹ est dñs, q̃ victoriã tribuit, et seruat eos, qui candido sunt pectore. Deus et iusti est iudex, et eius qui sceleribus suis deum irritat assidue.

11 Cõtra talem, qui resipiscere nõ volet gladium suum acuet deus, et arcum tendet: &

oculis apte admonebit, vt nõ aberret a scopo, sed recta petat illum.

13 Preparata apud se habet tela mortifera, parabit ea, quomodo solent qui ardentissime persequuntur aliquem.

14 Sceleratus autem ille parturiet iniquitatem, nocere magnopere cupiẽs, concipiet animo stultum & molestum laborem, et tãdem pariet rem nihili.

15 Effodit foueam, et apertam reliquit, sperans vt ego incidam imprudẽs in eam: verum lõge illi diuersum euenet, corruet eñ ipse in eam, nunquam extrahendus illinc.

16 Recidet studium nocẽdi in caput ipsius, et in verticẽ capitis ipsius iniuria, qua me afficere conatus est.

17 Ego vero liberatus ab insidijs ipsius, celebrabo dominũ p iustitia, que gemina est illi, et cantabo nomen domini altissimi.

Psalmus Dauid 8.

Dñe dñs nr Psal. vij

1 Domine omnium nostrum domine, quam merito magnifica sparsa est fama nominis tui per vniuersam terram, argumẽta sunt glorie et maiestatis tue maxime, que apparent in celis.

2 Res mira preterea, quod sola infantium.

et lac adhuc lugentium acclamatione pro armis vsus lis contra hostes tuos, et omnipotētie manifestum ostēdēs argumētū, re tam imbecilli subuerteris inimicū, et eū qui veluti vindicem se opposuerat tibi.

4 Quoties video celos tuos, opera digitorū tuorum, lunam et reliquas stellas, quas elegantissimo ordine in illis collocasti.

5 Dum sic apud me cogito deus bone, quid est miserabilis homūcio, quod tu illius rationem habeas: aut Ade nepos, quod tu inuisere illum, et amicitiam contrahere cū illo digneris.

6 Fecisti illum tantum non deum, gloria & honore coronasti illum.

7 Dominum fecisti illum operum tuorum, omnia enim subiecisti pedibus illius.

8 Oues et boues vniuersos, et reliqua etiā iumenta, quibus pabulum suppeditant campi.

9 Aues in aere volitantes, pisces qui natant in mari, et quicquid vlquam degit in vllis aquis.

10 Domine omnium nostrū domine, quam merito sparsa est magnifica fama nominis tui per vniuersam terram.

Psalmus Dauid 9.

Cõfitebor tibi domie ps.ix.

1 LAudabo dominũ toto pectore meo, scribam ipse quam varia admiratione digna designet.

2 Gaudebo et exultabo serio, quod propitiũ habeam te, psalmis celebrabo nomẽ tuum, licet omni sit laude maius.

3 Cõuersi in fugã inimici mei, viribus destituebant, & fundit9 ipsi perierũt, opa tua.

4 Tu enim, cum ego viribus illis impar essem, p me stetisti ẽtra hostes meos, & causse mee patrocinium suscepisti, sedisti pro tribunali, et executus es iustitiam.

5 Increpasti gẽtes, subuertisti ipiũ, memoriam noiseorũ aboleuisti nũc̃p restituendã.

6 O inimice finem habẽt populationes tue, nec̃z posthac amplius tibi vnc̃p dabitur populandi potestas: ciuitatulas certe aliquot sic subuertisti, vt memoria illarum perierit cum admiratione transeuntium.

7 Tu quidẽ tyrannidẽ ad hunc modum dño ad tempus cõniuente, exercuisti: verum ille perpetuo securus et tranquillus sedebit, et obseruabit omnia, et iam nunc parat solium suum, vt sedeat pro tribunali.

8 Vt iudicet orbem totum iustissime, et cau-

sas pupillorum expendat equissime.

9 Quare aderit dominus protector illi, q̃ iniuste oprimitur: protector aderit oportun⁹, etiam in medijs tribulationibus.

10 Tunc spem indubitatam concipient de te, vbi experti fuerit presentiam nominis tui, et re ipsa discent te nunq̃ defuisse illis, qui student placere tibi o domine.

11 Psalmos canite in laudem domini habitatoris Sion, spargite in vulgus admiranda consilia illius.

12 Qui vindicabit sanguinem eorum qui iniuste oppressi fuerant, nunquam negliget dominus clamorem pauperum.

13 Miserere mei domine, aspice afflictionem meam, qua affligunt qui odio persequuntur me: tu enim ille es qui erigis & retrahis me a ianuis et faucibus mortis.

14 Vt conscribam et commemorem⁹ varios te laudandi modos, illis qui versantur in portis Sion, et gaudio afficiam eos propter salutem tam miraculose allatam mihi per te.

15 Deciderunt gentes in foueam, quam ipse parauerant, reti illo quo alijs insidiabãtur, illaqueatus est pes illarum.

16 Notum est dominum equitatis esse studiosum, & quod sceleribus suis illaqueabitur impius. Res proculdubio digna, que imo reponatur animo.

17 Abibunt impij ad inferos, vna cum vniuersis gentibus, quibus cure non est deus.

18 Non enim perpetuo obliuioni dabit pauper, patiens expectatio afflictorum, cõperietur tandem non fuisse inanis.

19 Exurge dñe, ne ualescat homũcio futilis, tractetur causa impiarum gẽtiũ coram te.

20 Incute domine terrorem illis, et ostende gentes illas impias sibi, vt sentiant homines esse se miris modis miserabiles.

10.

Dñe vt quid recessisti longe? Iste psalmus cum precedẽti cõiungitur: cõmuni editione.

1 Quoulq; dñe stabis pꝛocul semotꝰ a nobis, hoc maxie tpe, quo pcelitãt tui?

Summa cũ arrogãtia impius persequit

2 pium, capiant pꝛotius impij sceleratis illis

consilijs, quibus alios subuertere student.

3 Placet enim impius ipse sibi, et facit quicquid illi petulantia animi suggesserit: nec desunt qui adulẽtur ob spem pꝛede illi, tam manifeste blasphemo in dominum.

4 Impius pꝛe animi sui arrogantia futurorum securus erit, dei vero ne semel qui-

dem illi in mentem veniet.

5 Oodis omnib⁹, omni tempore nocere conabitur, que interim de illo o altissime statuis, penitus ignorat, sed veluti furibundus et cecus aduersarios suos vniuersos, vel solis minis perditurum se confidit.

6 Perfluasum enim habet, duraturū se longissimo tempore, nec incommodi quicquā accepturum.

7 Execrabilia sunt omnia, que loquitur, et fraudes meras habet sermo illi⁹ pestilens, et iniquitate scatens.

8 Sedebit in angulis villarum iuxta publicas vias, vnde clācularijs eruptionib⁹ irruet insontē, oculis pretereuntes pauperes obseruabit, ex latibulis suis prospiciens.

9 Insidias collocabit in locis occultis nō minore crudelitate, q̄ leo īsidiatur ouicule ex antro suo: insidiabitur enim in hoc, vt dilaniet eum, quo viribus superior erit, dilaniabit autem absque vlla commiseratione quicunq; in illius rete inciderit.

10 Vbi illaqueatū vulnerauerit pium, subsidet clam, ne latrocinium deprehendatur, ad hunc modū viribus illius cecidit ingens miserorum turba.

11 Persuasit sibi deum negligere her. & auer tere faciem suam ab his, nec habiturū vnq̄ rationem horum.

12 Exurge domine deus, leua in altum, validius percussur⁹, manum tuam, ne negligas pios omni humano auxilio destitutos.

13 Qua patiētia ferre potes impiū in te tam manifeste blasphemū, vt dicere audeat non esse deum, qui curaturus sit her?

14 Verum ille cum maximo suo malo fallitur: vidisti enim que fecit omnia, maleuolentiam, et scelera ipsius tu diligentissime obseruasti, ostensurus et nosse flagitia illi⁹, et potestatem habere sumendi suppliciū de illo, et curam te gerere miserorum turbe, q̄ pupillis semper esse soles auxilio.

15 Confringe brachium, et potentiam impij & malicioſi: inquire & impietates illius, quo ad nullā reliqua fuerit impunita.

16 Dominus est rex et seculi huius, et eternitatis: extirpate sunt gentes de terra illius.

17 Desideria piorum audiuisti domine, gubernabis corda ipsorū: prebebis aures tuas precibus eorum.

18 Vt supplicum sumas de pupillorū & aliorum pauperū oppressoribus: ne tentet am-

plus virib⁹ suis fidere miserabilis hom̃ cio prognatus e terra.

Psalmus Dauid II.

1 QUam in domino spem meam posue- In do
rim, qua fronte ridere audebitis me, mino
ditentes: fuge de monte in mõtem: sicut so- cõfido
les cum tuis, et absconde vsquam te in an- p. 10.
tro, sicut consueuit passer.

2 An nescitis quoties impij tetenderint ar-
cus, aptauerint sagittas suas ad neruum,
hoc studiose agentes, vt clam tela sua iacu-
lentur in eos qui candido sunt pectore?

3 Ipsi quidem ledere studuerunt, verum in
ipso conatu irrita facta sunt consilia, que
ipsi putabãt certissima, neq; iustum, cuius
opus stabile erit, ledere vnquam potuerũt.

4 Dominus est in regia sanctitati sue dica-
ta, Dominus in celo habet solium suũ: vn-
de oculi illius contemplãtur omnia, et pal
pebre illius obseruant diligentissime que-
cunq; desinant posteri Ade.

5 Dominus obseruat & iustum & impium,
sed eum qui amans est inequitatis, odio p-
sequitur ex animo.

6 In modum pluuie proiiciet in impios la-
pides igne & sulphure circumlitos, qui vna

cum horribili tempestate portio quenã erũt calicis, et supplicij illorum..

7 Quia iust⁹ est ipse dñs. nõ potest nõ esse iustitie amãtissim⁹: quare eũ q candido est pectore, vultu suo placidissime aspiciet.

Psalmus Dauid 12.

Salvũ me fac domine. Psal.xj.

1 TE seruatore opus habeo dñe, null⁹ enim reliquus est sanct⁹: esse desierunt inter homines, qui fidi sunt ⁊ integri.

2 Mẽdacia quisq; loquitur cũ socio, et apud amicũ suũ lingua vtitur fraudulenta, cui duplex animus scelerata suggeret verba.

3 Perdet dominus vniuersa labia fraudulenta, ⁊ linguã que non loquitur nisi grandia cum dei ipsius contemptu.

4 Qui dicere audent, lingua nostra fortiter fallemus, labia habem⁹ in nostra potestate, quis noster est dominus?

5 Propter gemitũ pauperũ, ⁊ eiulatũ miserorũ, nũc exurgã dicit dñs: collocabo paupe rem eo loco, vt tut⁹ futur⁹ sit ab illo, ꝙ lede re virulentia sua lingua conabatur illum.

6 Verba et pmissiões dñi cãdidissime sunt, ipso argẽto igne diligentissime expurgato puriores, a quo arte, ⁊ instrumẽtis ad eã rẽ aptis ablatum est quicquid inerat terre im-

purioris, idq; septies repetita purgatione.

7 Quare tu dñe seruabis optima fide ea q̃ promisisti, & liberabis nos, quẽadmodũ pollicitus es, ab eiusmodi hoĩm genere ppetuo.

8 Circunquaq; tum impij obambulabunt securi, cum pricipatum nacti fuerint, qui inter homines sunt perditissimi.

Psalmus Dauid .13.

1 Quousq; tandẽ obliuiscẽris mei, perpetuo ne domine? quousq; auertis tanquam iratus vultum tuum a me? Usqquo dñe obliuisce. Psal. xij.

2 Quousq; vanis iuriis aiam meã affligã, q̃ nihil pter merorẽ ztinuũ pariũt? quousq; lines inimicũ meũ erigere cristal aduersũ me?

3 Habe quelo rationem calamitatis mee, & exaudi me domine mi deꝰ, illumina oculos meos, ne forte obrepat somnus mortis.

4 Ne forte dicat inimicus meus glorians, factꝰ sum illo superior, et hostes mei exultent, si ego periero.

5 Ego certe in tua benignitate posui omnẽ spem meam: quare nihil dubito, quin futurum sit, vt gaudeat cor meũ ob salutẽ mihi abs te allatã, & materiã habiturus sim cantandi laudes domini, vbi vltus fuerit iniuriam qua affecerunt me hostes mei.

Psalmus Dauid 14.

Dixit insipiens in corde. ps. 13.

1 SVnt qui eo stoliditatis peruenerint, vt nullum putẽt esse deum: que impia persuasio hoc effecit, vt a nullo scelerũ genere abstineant homines corruptissimi, quorũ studia tam spurca sunt, vt nauseam cuiuis generare possint: neq; sit quisquam inter eos, qui curet facere bene.

2 Dominus e celo contemplatus est posteros Ade: vt videat vnum sit in tanto hominum numero cordatus quisquam, qui deo studeat esse charus.

3 Vniuersi a deo defecerunt, et abominabiles penitus facti sunt, nec est qui faciat bene, ne vnus quidem.

4 Mirum profecto eos quibus mãdata fuerat cura plebis, potuisse eo amentie peruenire, vt licere credãt opprimere miseros: et deuorare populum meum non maiore cõmiseratione, quam deuorari solet frustum panis: re ipsa certe videnť de deo nihil vnq̃ legisse, et officij sui partum memores esse.

5 Quare tum vehementissimus de improuiso pauor corripiet eos: cum viderit deum his adesse, qui iustitie studiosi sunt, et execrari vos sacrilegos.

6 Qui non solum neminem ad pietatē inuitatus, sed si quis forte pauper pio consilio spem suā omnē ponat in domino, illud veluti stultum ridebitis: sed finis ipe docebit, vtri sapiant magis, vos an illi.

7 Vtinam prestet dominꝰ, vt ex Sion prodeat salus israeli promissa: cum reduxerit enim, et e captiuitate liberauerit populum suum dominus, exultabit senio Jacob, et letabitur Israel.

Psalmus Dauid 15.

1 Domine quis recipietur in tabernaculum tuum, quis habitabit tecum, veluti in monte, in quo sacrosancta maiestas tua peculiari quodam modo apparet? Dñe q̄s habitabit.

2 Ambulans syncere absque fuco, faciens quod equum est, et qui dicit que dicit bona fide ex animo. p̄.xiiij

3 Nulli nocere studet lingua sua: nec damno afficit amicū suum, nec ignominia vicinum suum.

4 Qui ipse contemptor sui, et de seipso nihil minꝰ quam magnifice sentiens aliene virtutis est admirator: maximi autē facit eos, qui reuerenter colunt dominum, firmissime statuit in amicitia semel cū aliquo inita

perſistere, nec propositum mutabit.

5 Qui pecunia sua non exercuit vsurã, nec munus in perniciem insontis accepit, qui facit hec, non peribit vnquam.

Psalmus Dauid 16.

Cõſerua me domine. Psal. xv.

1 Qvare sum tibi omnipotẽs deus spes enim mea omnis sita est in te.

2 Perfualum habes o anima mea, et dixisti ad dominum: dominꝰ omniũ es tu, quare si quid in me est boni, id tibi vlui non erit.

3 Sed sanctis, qui degũt in terra, et fide robustis, modis omnibus prodesse studebo.

4 Qui multo labore & superstitiõe victimas offerre conabuntur, illos mihi illarum victimarꝝ sanguine adeo libare nõ iubebo, vt ne mẽtionem quidem vnq; amplius eiusmodi libaminum fieri apud me velim.

5 Dominus enim ipse portio est et veluti patrimonium populi, qui partes sequetur meas, calicis mei particeps fiet: quare tu domine tutaberis illos, qui veluti sorte obtigerunt mihi.

6 Funes ceciderunt mihi in locis amenissimis, quibus assignata mihi est hereditas tam speciosa, quam vel optare potuissem.

7 Laudabo ergo dominũ, qui in omnibus

a consilijs fuit mihi, quin et noctibus mediis erudiebant me renes, et immisse mihi a domino diuine cogitationes.

8 Oppolui veluti scopum ante oculos meos semper dominum, qui quia adest mihi ad lacus dexterum, nemo perdere poterit me.

9 Ob hanc ergo causam gaudio affectū est cor meum, et serio exultauit, quam tanto honore dignat⁹ es, anima mea: corp⁹ quidem meū in sepulchro iacebit, sed nihil dubitabo, quin excitaturus sis illud.

10 Scio enim non relicturū te animam meā apud inferos, neq; pmissurū vnq; vt q̄ tam insigniter illā tuā benignitatē expertus est, vllo modo corruptioni fiat obnoxius.

11 Sed viam potius ostendes, qua ad vitam peruenire licebit, & ad omnis generis gaudiorum copiam summam, ad contemplationem videlicet vsque tui, que quibuscūque contingit, gaudijs explebuntur nunquam finiendis.

Pretatio Dauid 17.

1 Audi dñe iustā pretationē, accōmoda te ad audiēdū clamorē meū, aures prebe pretationi mee, est enim ex animo pfecta, et ab omni fuco quam alienissima.

Exaudi dñe iustitiam meā ps. xvj.

2 Pronũcia tu in causa mea, expẽdant oculi tui, que recta sunt.
3 Pernouisti enim me, qui exploratum habes cor meum: scrutatus es enim illud nocte, quando maxime dediti cogitationibus esse homines solẽt: examinasti & totum me, nec inuenisti id quod animo cogitaui, discrepare ab ore meo.
4 Odio eorum que passim mala fiunt ab hominibus, preceptionũ tuarum memor operam dedi, vt essem a moribus sceleratorum hominum quam alienissimus.
5 Quare iuua quesо gressus meos, et firma gressus meos in vijs illis, quibus itur ad te, vt non turbentur vestigia mea.
6 Imploraui auxilium tuum, certus quod exauditurus esses me omnipotens deus, prebe ergo aurem tuam mihi, vt audias preces meas.
7 Hafer misericordias tuas o seruator fidelium potius ab illis, qui sese erigũt aduersus maiestatem tuam.
8 Me autem custodi ea diligẽtia, qua custoditi solet pupilla oculi, sub vmbra alarum tuarum absconde me.
9 Et libera me a metu impiorum, qui sub-

uertere studẽt me, et hostiũ qui supplãtare cõnantur me.

10 Qui tam sunt pasti bene, et obesi, vt a ruina obstructa videãtur ora illoꝝ, quare & cõtemptim et cum fastu de alijs loquentur.

11 Itinera nostra iam nunc obsederũt, oculis suis studiose obseruabunt, quo terre loco expandere quam commodissime in nostram perniciem possint retia sua.

12 Quisq; illoꝝ similis est leoni, qui maximo studio inhiat prede, & catulo leonis, q̃ insidiatur ex locis occultis pretereunti ouicule.

13 Exurge domine anteuerte illum, et prosterne illum, animam autem meam libera ab impio, qui gladius est tuus.

14 Et a viris qui flagellũ sunt tuũ dñe a viris inquã, qui spem suã dum viuũt ponũt in diuitijs, quoꝝũ vẽtres si impleueris delicijs, et abũdare feceris eos liberis, quibꝰ relinquant morientes diuitias suas, bene secum actum putabunt, eternitatis securi.

15 Ego vero iustitie quam diuitiarum studiosior, illam comitem habens, videbo placidissimum vultum tuum, explebor gaudio cum exurrexero, et apparueris ea mihi forma, que proprie tua est.

Psalmus Dauid 18.

Diligãte domine. ps xvij.

1 GRatiarũ actio Dauid serui dñi: q̃ cecinit in honorẽ dñi carmẽ hoc, quo tẽ pore liberauit eum dñs a tyrannide oĩm inimicorum suorum, et a persecutione Saul.

2 Quare dixit, merito amabo te domine, cũ sis fortitudo mea.

3 Dominus instar rupis, et turris semper fuit mihi: seruator meus, dux meus, et fortitudo mea, quare spem oẽm meã collocabo in eo, qui ꝓ clypeo fuit mihi cornu salutis, et ipsissima mei protectio semper fuit ipse.

4 Omni laude dignissimum inuocabo dominum, et ab inimicis meis liber ero.

5 In presentissimis periculis mortis cõstitutus eram, veluti cinctus vinculis mortiferis, torrentes enim diaboli terrebant me.

6 Funes infernales circũdederunt me, irretitum habuerant me retia mortifera.

7 Quotiescunq; affligebar, inuocabã dominum, & ad deum meum clamabam, q̃ et audiuit e regio suo palatio vocem meã, & clamor meus in conspectum illius peruenit, imo vsq; ad aures ipsius.

8 Cõmouebar: et contremiscebat terra, fundamenta montium concutiebantur, quo-

ties ipse irascebatur eis.

9 Ascendebat fumus ab ira ipsius, et veluti ignis ab ore illius cuncta deuastans, carbones accendebantur ab ipso.

10 Inclinauit celos, et descēdit, & caligo erat sub pedibus eius.

11 Et vehebatur ipso Cherub tanquam volasset, volasset inquam pennis ipso vento celerioribus.

12 Posuit tenebras latibulū suum circum se, in modum tugurij habebat obscurissimas aquas, et densissimas nubes.

13 Pre fulgore quo apparet iustis, densissime ille nubes abeūt ad hostes, vna cū grādine, et veluti ignitis carbonib⁹ cum grandine permixtis.

14 Excitabat et tonitru in celo dominus, et altissimus dedit vocem suam, grandinē videlicet ignitis carbonibus permistam.

15 Et iaculabatur sagittas suas, quibus dissipabat eos: fulgura immittebat, quibus terrebat eos.

16 Et videbantur profundissima aquarum receptacula, denudabantur fundamēta orbis extra iram tuam domine, et flatū venti abs te irato immissi.

17 Dimittebat e ſummo celo: qui me eriperet et extraheret ex illis malorum vndis, in quibus verſabar.

18 Quiꝫ liberaret ab inimico potente, et ab iſs qui odio me perſequebantur, quamuis multo eſſent ꝓbuſtiores me.

19 Qui allidis ſuis cõſiliis circũuenire incautũ conabantur me tẽpore afflictionis mee, ſed dominus tempeſtiue adfuit mihi adiutor.

20 Et adduxit me ex anguſtijs in locum ſpacioſiſſimum, quia amauit me.

21 Retribuit mihi dominus ſecundum integritatem meam, ſecũdum puritatem manuum mearum rependit mihi.

22 Quia cuſtodiui vias domini. nec eo peruenj, vt impie de domino ſentiens deficerem a deo meo.

23 Que iuſtiſſime mihi ab ipo prælcripta fuerant, verſabantur aſſidue ob oculos meos, et mandata illius nunquã repuli a me tanquam parere nollem illis.

24 Qui erte ſimpliciter & pure vſabar cora illo, & ſolicite caui, ne ipietate mea offenderẽ illũ.

25 Quare et retribuit dominus mihi pro iuſtitia mea, et pro puritate manuum mearum, que nota erat illi.

26 Cum candido enim candide geres te, et cũ
probo viro probissime.
27 Viro gratioso gratiosissimum exhibebis
te, et contrario vero cum improbo te geres,
quemadmodũ illius meretur improbitas.
28 Tu enim populum humilẽ salute dona-
bis oculos vero superbos humiliabis.
29 Tu lucidã fecisti lucernã meam dñe, deus
meꝰ illustrauit, que obscurata fuerãt i me.
30 Quare adiuuante te rumpam aciem quã-
tumuis instructam, et auxilio dei mei trã-
siliam murum.
31 Ipse deꝰ integerrimꝰ est in oibꝰ operibus
suis, sermo dñi ab oñi fuco alienissimꝰ, in-
star clypei ipse est omnibus qui fidunt illi.
32 Quis enim deꝰ preter dominum, et quis
fortis preter deum nostrum?
33 Ipse est ille deus, qui cinxit me vndiq; ro
bore, & fecit vt incõtaminata esset vita mea.
34 Ipse fecit vt pedes mei non minus essent
veloces, quam sint cernorum, et quoties
opus fuit, veluti in editis locis, vbi tuto
mihi esse licebat, collocauit me.
35 Docuit manus meas arma tractare, sic
vt frãgere potuerim brachijs meis arcum
etiam ferreum.

36 Dedisti mihi clypeum, quo seruat⁹ beneficio tuo sum, dextera tua stabiliuit me, et benignitas tua potentem fecit me.

37 Aperuisti mihi viam, qua tuto gradi possem, quare nunq̃ vacillauerunt pedes mei.

38 Persequar inimicos meos, donec cõprehẽdero illos, nec reuertar, nisi deletis illis.

39 Sic vulnerabo eos, vt subsistere non possint, corruent subtus pedes meos.

40 Tu enim vndique cinxisti me robore, & gerendis bellis idoneum fecisti me: prosternebas enim quotquot insurgere conabantur aduersum me.

41 Effecisti vt inimici verterit terga mihi, et odio habentes me subuerterint.

42 Clamabant, nec quisquam liberabat eos, etiam ad dominũ, sed non exaudiebat eos.

43 Dispergebam eos non aliter quam puluerem ventus solet, et tãquam lutum platearum comminuebam eos.

44 Liberabis me a rixis et iniurijs populi, constitues me caput gentium, populꝰ quẽ non cognoui, seruiet mihi.

45 Solo auditu obsequentes fient mihi, desertores vero mentientur mihi.

46 Desertores semper in metu erunt, et ab-

dentsele in latibulis suis.

47 Viuit dominus, et omni est laude maior qui semper instar rupis fuit mihi, et exaltabitur deus author salutis mee.

48 Ipse est deus, qui potestatem tribuit mihi vlciscendi me, et subiis verbis subiecit populos mihi.

49 Ipse est qui liberat me ab inimicis meis, et tu domine superiorem me facies omnibus qui insurgunt aduersum me, et cõtra virum iniquum tutaberis me.

50 Quare gratias agam tibi pro gentibus: quas subiecisti mihi domine, et nomen tuũ cantabo.

51 Qui auges in immẽsum salutifera dona regi tuo et benegnitatẽ tuã ostẽdes Christo tuo Dauid, et semini eius perpetuo.

Psalmus Dauid .l9.

1 Ipsi celi commemorãt gloriam dei, et ꝙ potente opus sit manu in condendis operibus suis, palam facit tam vastus calorum ambitus. Celi enarrãt. Psalm. xviij.

2 Dies vnus indicat subsecuturum alterũ, et nox vna docebit nos cognoscere aliam: perpetua enim vicissitudine mutuo succedunt.

3 Nullum est idioma, nec ulli sermones, q̃-
bus audita non sit vox illorum: nullus est
enim usquam populus tam barbarus, ad
quem horum notitia non peruenerit.

4 Uniuersam terram peruagata est doctri-
na eorum, et usq; ad extremos orbis fines
peruenerunt prædicationes illorum, ipsi so
li aptauit dominus habitaculum in eis, et
imperium dedit in eos.

5 Et ipse perinde sol ipse spõso, q̃ exurgẽs
egreditur de thalamo suo, gestiens tanquã
vir strenuus absoluere cursum suum.

6 Ab altero colorum extremo cursum insti-
tuet, et longo tractu ad alterum usque ex-
tremum perueniet, nec quisquam expers
erit caloris eius.

7 Lex domini pura auocat a malo, pactum
domini fidele sapientem facit eum, qui fue
rat imperitus antea.

8 Mandata dñi equa exhilarãt animũ: præ-
ceptum domini purum illuminat oculos.

9 Reuerentia que debetur dño, quia mũda
est, perpetuo durabit iudicia dñi ipsa sunt
veritas, et modis omnibus equissima.

10 Amabilia sunt ipsa magis q̃ aurũ etiam
si purissimum sit et plurimũ, et suauiora

sunt melle et fauo mellis dulcissimo.

11 Certe seruus tuus docetur per ea, et quicunque secundum illam vixerit, mercedem assequetur magnificam.

12 Que errore committimus tam sunt multa, vt ne deprehendere quidem quisquam possit omnia: quare ab eiusmodi, que latẽter irrepunt, munda queso me.

13 Precipue autem a superbia et fastu auoca me, ne dominẽtur in me, qõ si feceris, mũdus ero, et a scelere alienus.

14 Sint queso grata tibi verba hec oris mei, et gratus sit animi mei affectꝰ in te domine, qui deus meus es, et redemptor meus.

Psalmus Dauid 20.

1 Exaudiet te dñs tpe tribulatiõis: suppetias feret tibi maiestas dei Jacob. Exaudiat te, pe. xix.

2 Immittet robur tibi e loco sctõ, & ex Sion stabiliet te.

3 Inmemoria habebit quecunque obtulisti vnquam illi sacrificia, et oblationes tuas qualescunque pro pinguissimis habebit. Proculdubio.

4 Dabit tibi quicquid desiderabit cor tuum, omnia consilia tua complebit.

5 Exultabimus ob salutem quam attulisti

nobis, certe omnipotẽtia dei nostri, magni erimus: dabit dñs tibi quicunq; colueris illum, quantum desiderare poteris abeo.

6 Nunc experientia didici, quod seruauerit dominus christum suum, quodq; exaudierit illum e celo, quod sanctissima maiestas illius inhabitat, et salutiferis omnipotentie sue viribus succurrerit illi.

7 Quidam se multitudie curruum superaturos sperant, alij multitudine equorum: nos vero freti auxilio dei nostri, magna designabimus et memorabilia.

8 Illi viribus destituti sunt, et corruerunt: nos vero perstitimus, et cõfortati sumus.

9 Dominus seruabit ipsum regem: et nos quoque exaudiet, quotiescunque implorauerimus auxilium illius.

Psalmus Dauid 21.

Dñe in virtute tua letabitur rex. Psal. xx.

1 Domine ppter robur tuum illum gaudet rex: et quia tu author illi victorie fuisti, exultat serio.

2 Effecisti illũ voti compotem: et quicquid te rogauit, non illi negasti. Ita res habet.

3 Ultro anteuertisti illum muneribus optimis: imposuisti capiti illius coronam ex auro purissimo.

4 Vitam petiit abs te, quam et dedisti illi, nullo vnquam tempore finiendam.
5 Sūmū bñficio tuo assecut⁹ est bonū: gloria et honore emulatissimū redidisti eum.
6 Efficies ne munificētie tue expers fiat vnquam, gaudio explebis eum vbi gratiosissimo vultu tuo exhilaraueris eum.
7 Ipse enim rex omnem spem suam collocat in te, quare benignitas tua, o altissime, nunquam interire sinet illum.
8 Assequetur manus tua, o rex, vniuersos inimicos tuos, et dextera tua assequetur eos, qui odio persequuntur te.
9 Estuare facies eos tanquam furnum incensum, quo tempore iratum te illis ostendens domine, ira tua dissipabis eos, et vorabit eos ignis.
10 Fructū oēm eor⁹ sic e terra euelles, vt nihil remaneat seminis eorū inter homines.
11 Conati sunt eīm crimē tibi impingere, idq; magno studio, sed perficere nō potuerunt.
12 Quare ponens eos ab alijs, et facies eorū tanquā scopum sagittis tuis assidue petes.
13 Ostende domine quantus sis, et viri⁹ q̄tum valeas, vt occasionē habeam⁹ cātādi, & psalmis celebrandi omnipotentiam tuam.

Psalmus Dauid.

Deꝰ deus meꝰ respice in me: quare me dereliqsti Psal. xxi

1 DEus meus, deus meꝰ, cur deseruisti me? videor nõ ipetraturus, q̃uis id magnis agam clamoribꝰ, liberationem.

2 Mi deus clamabo per diẽ, sed nõ respõdebis, & per noctem, ablq; vlla intermissione.

3 Interim tu o sanctissime, veluti securus horum que patior, delidere videris, q̃ succurristi toties, & materia fuisti carminum ipsi israeli, q̃bꝰ gr̃as tibi p bñficijs agebãt.

4 Spem suã ponere in te solebãt patres nostri, & quoties id faciebãt, tu liberabas eos.

5 Quoties ad te clamauerunt liberati sunt, quoties sese tibi crediderunt, pudore non sunt suffusi.

6 Ego uero uermis esse video magis q̃ vir, sterquilinium Ade, et infirme plebis fex.

7 Quotquot videbant me, subsannabãt me, conuitiabantur, et moto capite irridentes insultabant mihi.

8 Gloriari solet hic, inquientes, charum se esse domino, liberet ergo nunc eum, si tantopere amat eum.

9 Te procurãte prodij ex utero, et bene sperare iussisti me, quum adhuc sugerẽ ubera matris mee.

10 Opera tua eiectꝰ sum ẽ vulua, et cure tue relictꝰ, quem essem adhuc in vtero matris mee deus eras mihi tu.

11 Ne pcul igitur abscesseris a me, quia periculum pzesentissimum est, nec quẽquam video qui auxilio futurus sit.

12 Circũdederũt me tauri mũlti, fortes et velut saginati i pascuis Balan, circũdederũt me.

13 Aperuerũt aduersuz me os suũ, nõ aliter quam leo inhians pzede, & pzefame rugiẽs.

14 Tanquam aqua fluidus factus sum, & soluta sunt omnia membza mea, coz meũ veluti cera diffluxit intra pzecozdia mea.

15 Exaruit tanquam testa omne robur meũ et lingua mea agglutinata est palato meo: et tandem in puluere, quemadmodũ moztui solent, sepelies me.

16 Circundederunt nanque me canes, conspirauerunt aduersum me pessimi quique, foderunt manus meas, et pedes meos.

17 Dinumerare potuerim facile oĩa ossa mea: ipsi adhuc postoẽm cruciatũ tozue aspiciebant, et contemplabantur me.

18 Partiebantur vestes meas, et de tunica mea sozte iebantur.

19 Quare queso domine, ne longe abscesseris hinc: quin potiꝰ (cũ sis fortitudo mea) ferre mihi suppetias festina.

20 Eripe a gladio animam meam, et a violentia canis vnicam meam omni humano auxilio destitutam.

21 Salua me ab ore leonis: et a cornibus vnicornium eripe me.

22 Commemorabo maiestatem tuam nominis tui fratribus meis, in frequentissima populi turba laudes tuas prædicabo.

23 Quotquot estis cultores domini, laudate eum: vniuersi posteri Jacob magnificite eum, et reuerenter colite illum omnes posteri Jsraelis.

24 Quia non despexit, neqꝫ vilipẽdit ob miseriam pauperem, neqꝫ auertit contẽptim faciem suam ab eo: quin potiꝰ quum pauper clamaret ad illũ, diligẽter auscultauit.

25 Te laudabo carminibus meis publice in frequentia populi, et que boui persoluam videntibus illis qui reuerentur te.

26 Comedent pauperes et saturabũtur, laudabunt dominum quicunque student placere illi, viuent corda vestra quotquot estis tales perpetuo.

27 Considerabunt hec et conuertẽtur ad dominum cuncti fines terre, & supplices fient tibi domine vniuerse nationes gentium.

28 Domini enim est potestas regia, et imperium habet etiam in gentes.

29 Comederuntet cum gustassent spiritalia domini dona, supplices facti sunt potẽtissimi quiq; eorũ qui terrã inhabitãt, & in veneratiõẽ illius genua flectent, etiã mortui oẽs in terra sepulti, quia propriam vitam non est dedignatus impendere pro illis.

30 Posteri nostri colent eum, scribentur hec de domino, vt posteri intelligant.

31 Vt et illi veniant, et annuncient populo qui ab ipsis nascetur, quod hec fecerit tam stupenda dominus.

Psalmus Dauid 23.

1 Dominus pascet me, quare nullius egere potero. Dñs regit me. ps. xxij.

2 In pascuis amẽissimis recubare faciet me et iuxta aquas leniter fluẽtes enutriet me.

3 Animã reddet mihi, exercebit nãq; me in viis iustitie, quoniam ita placitum est illi.

4 Etiam si eundum mihi sit per vallem tam opacam, vt vmbra illius vndiq; mortem minitetur, nihil metuam: siquidem

tu ades mihi: virga enim tua & pedum pastorale tuum a metu liberabunt me.

5 Instrues in cõspectu meo mensam e regione persecutorum meorum, vt videant & doleant: vnxisti vnguento caput meum, & poculum meum ad summũ vsq; impleuisti.

6 Certo certius benignitas tua, et misericordia comitabũtur me per omnem vitam meam: quare tandem inhabitabo domum domini diebus nunquam finiendis.

Psalmus Dauid 24.

Dñi est terra et plenitudo eius. Psal. xxiij.

1 A Domino est terra, et illa rerũ omnium copia q̃a terra plena est, orbis inquam terrarum ab eo est, & quicquid vlquam hominum orbem inhabitat.

2 Ipse enim supra maria firmissime stabilitam extare fecit eam, & fluminib⁹ elegantissime distinxit eam.

3 Quis ascendet in montem domini, et cui permanere cõtinget in loco illo, quem tam angustum inhabitat sanctitas illius?

4 Qui puris est manibus, et candido pectore, qui nõ intrauit sine causa per animam meam, inquit dominus, neq; fallere quẽquam periurio tentauit.

5 Qui accipiet benedictionẽ ab ipso dño: et

iustitiam a deo authore salutis ipius.

6 Hoc est genus illud hominũ, qui querunt illum, et participes fieri cupiunt boni tibi a deo promissi o Jacob. Ita res habet.

7 Leuate vos porte capita vestra, & tollamini ianue, que ab eterno fuistis clause: ingressurus est enim per vos incytus ille rex.

8 Quisnã est rex ille incytus? dominus fortis et potens, dominus valens in prelio.

9 Auferte vos porte vectes vestros, vt pateant ianue ab eterno clause: ingressus est enim per vos rex ille incytus.

10 Quis hic est incytus ille rex? dñs imperator celestiũ exercituũ: ille hic rex est summa manifestate conspicuus. Ita res habet.

Psalmus Dauid 25.

1 AD te dñe animam meam erigam.

2 Ad te deus totum me tibi cõcredidi, quare nunquã pudefiam spe mea frustratus, nec causam exultandi habebũt hostes mei, tanquam victus fuerim ab eis.

Ad te dominelevavi animã meam. pe.xxiiij.

3 Quotquot enim expectant auxilium abs te, non destituentur expectatione sua: frustrabuntur autẽ spe sua scelerati, qui sine causa persequuntur me.

4 Vias quibus itur ad te fac noscam, et se-

nitas tuas doce me.

5 Ó uberna me bona fide, qua facere° soles omnia, et doce me: tu es enim ille deus qui salutis author esse soles mihi, quare nihil desperans multo tempore expectaui, vt et nunc mihi succurras tu.

6 Reuoca in memoriã domine clementiã et benignitatẽ tuã: quibus seculis superioribus tam liberaliter vsus es erga tuos.

7 Peccatorũ que delignaui adolescens, & delictorum que subsecuta sunt, ne memor esse velis, sed pro tua clementia tracta me tu, q̃ natura benignus es domine.

8 Benignus et integer est dominus, quare non dedignabitur docere, vel ipsos peccatores, quo pacto viuere illos hic oporteat.

9 Docebit optima ratione, quo pacto viuere modestos velit, et docebit que per illos fieri cupiat.

10 Quetunq; facit dominus, misericordie et fidei esse plenissima constãtijs, qui recipiũt pactum et admonitiones illius.

11 Propter temetipsum dñe, remitte peccatori iniquitatem meam: quamuis plurimam.

12 Quam est felix ille vir qui reueretur dominum, docebit quo pacto illũ viuere opor-

tegat, vt charus fiat deo.

13 Anima illius felicissime in bonis versabitur, et semen illius veluti hereditario iure possidebit terram.

14 Secretorum suorum participes faciet dominus eos, qui reuerenter colunt illum, & iuxta pactum quod inist cum eis, diligenter ipse docebit eos.

15 Oculi mei assidue obseruant deum, vt ipse liberet a laqueis et periculis, in quibus versor, pedes meos.

16 Respice clementer me, et misericors sis erga me: quia ab omnib⁹ desertus et pauper sum ego.

17 Afflictiones cordis mei late sparserũt se se, ex angustijs quibus vndique coarctor, educ queso me.

18 Considera paupertatẽ et afflictionẽ meã, vt auferas a me vniuersa peccata mea.

19 Considera hostes meos quam sint multi, et quam capitali odio persequantur me.

20 Custõs sis anime mee, & libera me ne pudefiam ego, qui spem meam omnem collocaui in te.

21 Innocentie et equitatis studia seruẽt me: solicite enim expecto aduentum tuum.

22 Libera deus Israelem ex omnibus afflictionibus suis.

Psalmus Dauid 26.

Judica me dñe quoniam. ps.xxv. Iudex esto dñe in causa mea, vt palã fiat quam simpliciter fecerim que feci, quamq; hoc vere crediderim, te nunquã permissurum vt caderem.

2 Scrutare omnia mea domine, et experire qui sim, igne explora renes meos, et ipsum cor meum.

3 Inuenies memorem me beneficiorũ tuorum fuisse semper: exercui enim me diligẽter in fide, quam concepi de te.

4 Non habui familiaritatem cum hominibus vanis: neque cum subdolis consuetudinem habebo.

5 Odio habui conuenticula prauorũ, et impios qui nulla certa lege viuũt, auersatus sum semper.

6 Lauabo, donec pure fiant manus mee: et sic tandem amplectar altare tuum domine.

7 Clara voce tibi omnia mea accepta referam: et commemorabo quam multis modis miraculose adfueris mihi.

8 Domine optaui vehemẽter, vt mihi contingat habitare in domo tua, & in loco quẽ

tua maiestas peculiaviter inhabitat.

9 Vtcare nõ pdes cũ peccatorib⁹ aiam meã, nec cum viris sanguinarijs vitam meam.

10 Quorũ opera sunt studio scelerata, quorum dextera plena est muneribus.

11 Interim ego i simplicitate mea, sicut huc vsque, persistam: tu libera me a malo, et clementer tracta me.

12 Pes meus non aberrauit a recto, quare palam in frequentia populi laudes domini prędicabo.

Psalmus Dauid 27.

1 Dominus lux mea et salus mea, a quo mihi timebo: dominus est robur vitę mee, a quo metuam? Domin⁹ illumnatio. ps. xxvi.

2 Quum educerent copias suas aduersum me homines scelerati, vt funditus perderent me inimici mei capitales, in ipso conatu inferiores facti, corruerunt.

3 Si instruatur aduersus vnum me iustus exercitus, nihil metuet animus meus: et si cõsistat mecũ prelio, in ipsa pugna firmissime credam auxilio futurum te mihi.

4 Vnum quiddam orau dominum, quod et pergam indesinenter petere, liberam in domo dñi ab omni solicitudine vitã, vt co-

ram videre possim quãtum sit amenitatis apud dominũ: et scrutari q̃ sint in regia illius varia, et admiratione dignissima.

5 Absconderet enim tum me in tabernaculo suo, nec sineret vnq̃ sentire me incõmodi quicq̃: occultaret me in penetralibus domus sue, et veluti super petram hostibus meis inaccessam, collocaret me.

6 Sed et nũc scio superaturum me eius beneficio inimicos meos vniuersos, quamuis vndiq̃ oppnguer ab illis: quare et immolabo in tabernaculo illius hostias, in signum ingentis letitie cantabo, conscribam Psalmos in laudem domini.

7 Audi domine vocem meam, quũ clamauero, et misericorditer tracta me, et responde votis meis.

8 Hortat⁹ ex animo sum expertus benignitatem tuam, alios, vt studeant comparare fauorẽ tuũ sibi, ego certe (faciant quod volent illi) vt placido sis erga me vultu tuo domine, sedulo conabor.

9 Tu vero noli abscondere a me vultũ tuũ. neq̃ auerseris tanq̃ iratus seruũ tuũ, q̃ toties auxilio fuisti mihi, ne neglige nũc me, neq̃ delere deus author salutis mee.

10 Quum pater meus, et mater mea reliqſſent me mihi, adiunxit me ſibi dominꝰ, et curam ſuſcepit mei.

11 Oſtende mihi dñe viam qua itur ad te, et porrecta manu (quemadmodum paruulo mater ſolet) duc me per ſemitam rectam, ne hoſtes mei viam intercipiant mihi.

12 Ne permittas me premi tyrannide hoſtiũ meorum, quorum opera factum eſt, vt inſurrexerint aduerſum me teſtes iniqui, et is qui falſo ſcelus comentus eſt, quod impingat mihi.

13 Ego res perducta fuit, vt niſi firmiſſime credidiſſem, et veluti perſuaſum habuiſſem, viſurũ aliquãdo me inſignẽ dñi benignitatem in terra qua viuunt, qui nunq̃ ſunt morituri: tũc animum deſpondiſſem.

14 Quare patienter expecta, quiſquis ſapis, auxiliũ dñi, ſis animo infracto nec dubita quin ipſe confortaturus ſit cor tuũ: et quicquid acciderit tibi feras patienter, et totus pendeas a domino.

Psalmus Dauid 28.

1 Tuum dñe auxilium implorabo qui inſtar rupis hoſtiũ meis inacceſſe olim eſſe ſoles mihi, ne obſurdeſcas queſo Ad te domine clamabo. Pſalm. xxvij.

ad preces meas: ne si forte non responderis
votis meis, ego fiam similis ijs, qui per-
gunt ad sepulchra.

2 Audi vocem precatiõis mee: clamabo eñ
ad te, et sustollam in altum manus meas
versus celum, in quo veluti in templo san
ctissimo maiestas tua peculiari quodã mo-
do habitat.

3 Ne me vnum e numero impiorum et fla-
gitiorum fieri sinas, qui verbis apud so-
cios amicitiam simulant, et venenum pe-
stilens in pectore gestant.

4 Retribue illis secũdum illorum demerita,
et secundũ maliciam sceleratarũ cogitatio-
num, quibus alios supplãtare student: se-
cũdum opus manuum illorum redde illis,
persolue illis quod suis sceleribꝰ merẽtur.

5 Et quia non conabuntur cognoscere do-
minum per ea que facta sunt ab illo, nec p
mirabile hoc creationis opus in quo tam
manifeste relucet omnipotentia manus il-
lius, ipse destruet funditus eos a nullo vn-
quam restituendos.

6 Dignꝰ est qui perpetuo laudet a me dñs:
audiuit enim vocem precationum mearũ.

7 Dominus fortitudo est mea, et protectio

mea, cor meũ per omnia credidit illi: quare et fortis factus sum, et pre gaudio subsiliit cor meũ, et carminibus meis testabor, quãtum acceperim beneficij ab illo.

8 Dominꝰ vires suppeditat suis, et pcipua pars victoriarũ Christi sui ipse semp fuit.

9 Tutare domine populũm tuum, et auge donis tuis, quos veluti hereditario iure bonorum tuorum participes esse voluisti: pasce eos et erige eos assidue magis ac magis in perpetuum.

Psalmus Dauid 29.

1 Tribuite domino robustissimi quique, tribuite inquam domino gloriam et omnipotentiam. Afferte domino filij dei. ps. xxxviij

2 Tribuite domino, et fateamini esse augustissimum nomen illius, supplices efficiamini domino, quemadmodum meretur sanctissima maiestas illius.

3 Vox domini commouet aquas, deus qui dignissimus est omni gloria, tonitru excitat, dominus potestatem habet effundendi in terram aquas plurimas.

4 Vox domini est potentissima, vox domini est magnificentissima.

5 Vox domini confringit cedros: cõfringit

dominus cedros Libani.

6 Et sublilire faciet instar vituli Libanū, et ipsum montem Sirion non aliter quam pulli solent vnicornium.

7 Vox domini secat flammas ignis.

8 Vox domini contremiscere facit desertū, contremiscere facit dominꝰ desertū Cades.

9 Vox domini parere faciet pre metu ceruas, conspicua reddet que latent in densis et vastis syluis: interim in tēplo illiꝰ vnaquecz res pro modulo suo agnoscit maiestatem illius.

10 Dominus tempore diluuij regnum obtinuit, et manebit rex perpetuo.

11 Dominus vires dabit populo suo, dominus beabit populum suum pace perpetua.

Psalmus cantatus ob dedicationem domus domini, cuius author fuit ipse Dauid 30.

Exaltabo te dñe. Psalm. xxix.

1 LAudibus efferam te domine, quod seruaueris me, nec ansam prebueris hostibꝰ meis insultādi cū gaudio mihi.

2 Domine mi deus implorauī auxiliū meū, et sanasti me.

3 Domine saluam esse voluisti animam meam ab inferis, seruasti me ne fierem

vnus e numero eorum, qui precipites eunt in puteum.

4 Cantate dominũ, quotquot experti estis benignitatem illius, celebrare memoriam sacrosancte maiestatis illius.

5 Momentanea est enim ira illius, amor vero quo prosequitur suos, per omnem durat vitam, si forte sub vesperam accidat flebile quicquam, illud in ipsa aurora commutabitur in gaudium.

6 Ego dicebam nimium fidens presentib⁹, quum essem in ipso flore meo, felicitas hec durabit, nec quicquam experiar vnquam mali.

7 Tu profecto domine munisti, id quod precipuum est, et veluti mons in me munitione firmissima: sed castigaturus stultitiam meam auertisti paulisper faciẽ tuam a me, et turbata sunt omnia consilia mea.

8 Quare iterum clamabo ad te domine: et incessanter dominum orabo.

9 Que quelo vtilitas esset me sanguine fuso pergere ad interitum? celebrare ne poterit te puluis, aut predicare constantiam et stabilitatem tuam in promissis?

10 Audi domine, et misereat te quelo mei,

domine sis auxilio mihi.

11 Conuertisti iterum subito luctum meũ in exultationẽ, rupisti saccũ quo idut⁹ fuerã, et perfudisti me gaudio omni ex parte.

12 Quare cantabit teincessanter anima mea, que decus est et pars optima mei: domine mi deus toto tempore vite mee acceptam tibi referam salutem meam.

Psalmus Dauid 31.

In te dñe sperau. ps.xxx.

1 Domine in te speraui, fac quelo ne vnquã pudeãm spe mea frustratus, sed tua iustitia serua me.

2 Preue mihi aurem, cito libera me: sis mihi pro rupe inaccessa hostibus meis, et arce munita turribus multis, vt serues me.

3 Quia p petra et p turrẽ tu mihi esse soles: propter nomẽ tuum tua spõte deduces me, quocũq; eũdum fuerit mihi, et enutries me.

4 Explicabis me e laqueo quẽ absconderunt vt capiant me: nihil eñ possum ego sine te.

5 Aure tue commendabo spiritum meum, sepe liberasti me: et liberalis domine, in promissis constantissime verax.

6 Odio habui eos qui amplectuntur vana, que illis vlui futura non sunt: ego certe spẽ omnem posui in te.

7 Letabor & exultabo exp̃tus misericordiã tuã: vidisti eñ afflictionẽ meã, & agnouisti in medijs pressuris animã meam.

8 Nec permisisti me premi tyrannide hostis mei: quin potius firmasti in loco spacioso gressus meos.

9 Miserere mei domine, quoniã imminet periculũ mihi: corrosus est pre merore oculus meus, anima mea et venter meus.

10 Consumpta enim est mestitia bona pars vite mee, et anni mei cum gemitu: delituit me propter iniquitatem virtus mea, & ossa mea conturbata sunt.

11 Metu hostiũ meorũ (qui numero sunt plurimi) factũ est vt tanq̃ probrosum exhorruerint me proxime vicini mihi, et terror fuerim illis, cum quibus quondã mihi fuit arctissima familiaritas: quotquot videbãt me, foras fugerunt, relicto me solo.

12 Obliuioni datus fui non aliter quã mortuus aliquis, qui non speratur vnquam pristine vite restituendus, et tanquam vasculum nulli amplius vsui aptum.

13 Audiui enim obloquia multorum, et minas eorum qui erant circum me: conspirabant eñ vnanimiter aduersum me, et vi-

tam adimere mihi constituebant.

14 Ego interim te dñe confisus in ea perstiti sententia, vt quicquid accideret mihi, non dubitarem quin deus adesses mihi tu.

15 In potestate tua sunt tempora mea, libera me a tyrannide inimicorum meorum: et eorum qui persequuntur me.

16 Hilarem exhibe vultū tuū seruo tuo, saluum me fac pro genuina misericordia tua.

17 Domine non vertatur mihi pudori, quod implorauerim auxilium tuum: pudefiant impij, et taceant sepulti apud inferos.

18 Muta fiant labia que assueuerunt mendacijs, que contemptum loquuntur de iusto, et cum fastu.

19 Quam sunt copiose diuitie tue, quas reposuisti in vsus eorum qui colunt te, designasti plurima in gratiam sperantium in te, palam in conspectu et cum admiratione posterorum Ade.

20 Abscondes eos et collocabis eos ꝑ regione faciei tue, que impijs abscondita est, vt tuti sint a minis quantumuis potentis: abdes eos in habitaculo tuo, vt liberi sint a linguarum virulentia.

21 Maior omni laude dominꝰ, qui miro quo-

dammodo ostendit misericordiã suam mihi, et tãquam in munitissima fuissem ciuitate, tutatus est me.

22 Ego quidẽ olim in anxietate summa constitutus, abiectum me esse putabam abs te: verum tu etiam tum diligẽtissime auscultabas quotiescunque clamabam, et omnes precationes meas audiebas.

23 Amate dominum, quotquot benignitatem illi⁹ experti estis: candidos custodit dominus, et reddet pro fastu copiose qõ meretur, homini fastuoso.

24 Animo forti estote: nec dubitate, quin dominus ipse robur additurus sit animis vestris, quotquot patienter expectatis aduẽtum illius.

Psalmus Dauid 32.

Beati quorũ remisse. Psalm. xxxi.

1 Helix ille cui cõdonatum est delictũ: et cuius coopertum est peccatum.

2 Helix ille homo, cui dominus non imputabit peccatum, nec fraus in animo illius inuenta est.

3 Quãdiu tacui conterebantur vires meæ, præ ruinpente eiulatu assidue.

4 Quia per diem et noctẽ ingraueiscebat manus tua contrà me, sic mutatus sum: vt ex

succulento factus sim aridior, quam sunt ariste in media messe. Ita res habet."

5 Quare aliud inij consilium, et statui peccatum meum non amplius celare, sed aperire tibi iniquitatem, quam admiseram: quod quam primũ fecissem, abstulisti continuo iniquitatem peccati mei. Ita factũ est profecto.

6 Quare exemplo meo precibus aget apud te, quisquis benignitatem tuam expertus est, vt tempus remissionis inueniat: quod si contigerit illi, nulle quantumuis multe fiant malorum inundationes, ad illum poterunt pertingere.

7 Tu prouidẽtia tua occulta, a malo protèges me, et gaudijs, quibus gaudere solent e manibus hostium elapsi, afficies me.

Certo certius.

8 Prudentẽ, inquit dñs, faciã te, et docebo quo pacto viuere oporteat te, et studiosissime obseruabo te oculo proprio.

9 Tantum ne similes efficiamini equo vel mulo, qui non solum nihil intelligit beneficiorum in se collatorum: sed capistro vel freno os eius constringere oportet, ne appropinquet et mordeat vos.

10 Mala plurima manẽt impium: cum autẽ qui spem suã ponit in domino, illũ ipse benignitate sua cumulatissimum reddet.

11 Letamini q̃ propitium habeatis dominũ & serio exultate iusti, edite signa letitie quot quot animo candidi estis.

Psalmus Dauid 33.

1 Cum exultatione laudate iusti dominum: equissimum est enim et decentissimum, vt a candidis laudetur dominꝰ. Exultate iusti in domino. Psalm. xxxij.

2 Laudate dominum cithara, nablo et decachordo laudes illius decantate.

3 Cantate in honorẽ illius carmẽ nõ vulgare, sed nouũ: operam date, vt quam optime cantetis, et cum animi alacritate.

4 Equa enim sunt que loquitur, et mandat dominus: et quicquid facit, optima illud fide facit.

5 Amans est iustitie et equitatis, benignitatis domini nihil expers est eorũ, que sunt in vniuersa terra.

6 Verbo domini celi facti sũt, et spiritu oris eius vniuersus ornatus illorum.

7 Colligit veluti in cumulũ aquas maris, & concludit certo loco seruãdas abyssos, non aliter q̃ thesauri solent.

8 Solicite colãt dominum quotquot in terra degunt, et offendere illũ metuant quotquot sunt habitatores orbis.

9 Ipse enim quicquid fieri vnquam voluit id factum est: et quicquid vnquam iussit existere, id extitit continuo.

10 Dominus turbauit consilia gentium, irrita fecit machinamenta populorum.

11 Cõsilium vero dñi perpetuo inuariatum manebit: que ipse in animo suo facere ꝓponit, ea fient quocunq; tempore ipse volet.

12 Beata gens que dominum habent protectorem suum, et populus ille felix est, quem dominus sibi elegit, vt illum peculiari modo possideat.

13 E celo prospexit dominus, contemplatus est quicquid vsquam est hominum.

14 E tabernaculo, quod ab omni inquietudine liberum ipse inhabitat, consyderauit vniuersos habitatores terre,

15 Ille inquam considerauit vniuersos qui finxit sine vlla exceptione corda omnium, qui et nouit singulorum opera singula.

16 Ne rex quidẽ saluus euadet exercitu quãtumuis numeroso: nec miles quantumuis strenuus, pericula euadet propriis viribus.

17 Res fallax est equus ad prestandam salutem: nec vllis viribus suis eripere e periculis poterit sessorem.

18 Ecce oculus domini obseruat et custodit eos, qui reuerenter colunt ipsum: et eos qui patienter expectant, vt benignitatis illius participes fiant.

19 Vt liberet eos a morte, et victum suppeditet illis tempore famis.

20 Anima nostra expectauit dominum assidue: auxilium enim nostrum et protectio nostra ipse est.

21 Ipse pro sua benignitate causam gaudēdi prebebit cordib⁹ nostris, qui ipsius nos sactosanctemaiestati curandos tradidimus.

22 Respondeat expectationi nostre benignitas tua domine.

34.

1 Ipsius Dauid quū simularet se aliū quam erat coram Abimelech, qui et reiecit illum a se, atque ita elapsus est.

2 Laudabo dominum omni tempore: assidue laudes illius cantabit os meum. Benedicā dñm in oi tempore. Psalm. xxxiij.

3 In laudando domino occupata erit anima mea, vt audiant qui aduersa patiuntur, et recreentur.

4 Laudibus quãtũ potestis maximis efferte dñm, extollamus nomẽ illi⁹ vna omnes.

5 Quesiui dominum, et exaudiuit me: et ex omnibus angustijs eripuit me.

6 Conuertãt se ergo ad illum propere quotquot sapiunt: assequentur enim quicquid postulauerint ab illo.

7 Hic enim pauper clamauit, et dominus exãudiuit, et ex omnibus tribulationibus liberauit eum.

8 Castrametatur angelus domini circa cultores illius, vt seruet eos.

9 Quare reuerẽter colite dñm sancti illi⁹: nihil enim deerit vnquam cultoribus illius.

10 Perpendite et videbitis tam liberaliter benignum esse dominum, vt felicem iudicaturi sitis virũ, qui spem suã collocat in eo.

11 Qui potentia leonibus similes videbantur, ad inopiam redacti sunt, et famẽ passi: quum interim querentibus dominũ, nihil defuerit vnquam.

12 Venite quotquot discere cupitis, & auscultate mihi: quo pacto vere coli velit dominus, docebo vos.

13 Quisquis cupis fieri longeuus, et multis annis viuere feliciter.

14 Cohibe linguam a maledicentia, et compesce labia tua ne concinnent dolos.

15 Huge malum, & fac bene, sectare pacem, vt assequaris eam.

16 Oculi dñi obseruant iustos, et aures habet accommodatas ad clamores illorum.

17 Torro vultu dominꝰ aspiciet scelcratos, vt aboleat a terra memoriam illorum.

18 Clamauerunt iusti, et dñs sic exaudiuit eos, vt ex omnibus aduersis eripuerit eos.

19 Adest dñs his q̃fracto sunt animo, & eos qui afflicto sunt spiritu, saluos faciet.

20 Multa incommoda accidunt iusto, sed ex omnibus illis eripiet eum dominus.

21 Sic custodit omnia ossa illius, vt ne vnũ quidem confringatur ex omnibus.

22 Occidet impiũ ipsa impietas, et quotquot odio persequuntur iustum, peribunt.

23 Seruat animas cultorum suorum dominus, nec sinet interire quenquam eorum, qui sese crediderunt illi.

Psalmus Dauid 39.

1 Suppliciũ sume de aduersarijs meis domine, pugna aduersꝰ oppugnãtes me. Iudica dñe nocẽtes me. Psalm. xxxiij.

2 Arripe clypeum et lanceam, et fer sup-

petias mihi.

3 Arma te gladio et hasta, vt occurras p-
secutoribus meis: promitte allaturũ te ani-
me mee salutem.

4 Suffundantur pudore et afficiantur igno
minia, quotquot student subuertere me: cõ
uertãtur in fugam et infames fiant, quot-
quot machinantur malum mihi.

5 Fiant simules festuce, que raptatur flatu
venti, et angelus domini insequatur eos.

6 Pestituatur lumine via, per quã fugien-
dum erit eis: lubrica fiat, et angeis domi-
ni persequatur eos.

7 Quia sine vlla causa conati sunt clam la-
queis suis mortiferis inuoluere me: sine cau
sa foueam foderunt in perniciem meam.

8 Eueniat vnicuiq; eorum calamitas de im
prouiso, et rete illud quod expãdit in perni-
ciem meam irretiat ipsum: in eãdem illam
foueã quam mihi parauerat, incidat ipse.

9 Anima mea gaudeat et exultet serio, pro-
pterea quod salutem afferre dignatus sis
mihi.

10 Omnia ossa mea dicant non esse similem
tibi domine in eripiendo paupere a violen-
tia eorum, qui viribus illo superiores sunt:

is eripiendo inquam afflicto & egeno ab oppri-
mentibus illum.

11 Consurrexerunt aduersum me testes iniqui, que ignorabam ipsi interrogãtes obiecerunt mihi.

12 Reddiderunt malum, mihi pro bono, ad inopiam redigere conabantur me.

13 Ego interim quum ipsi infirmarentur, pro vestimento vsus sum sacco: et ieiunio maceraui me, et precibus impetraui a domino, que volui pro eis.

14 Tanquam si summus amicus, imo frater quiuis eorum fuisset mihi, omnia humanitatis officia exhibui eis in aduersis: non aliter quam qui matrem lugent, pullatus et capite demisso incessi.

15 & contrario quoties mihi aduersi aliquid accidit, voluptatem ex meo malo capiebãt, et congregabantur: congregabantur inquam aduersum me homines deprauati q̃ lesi a me nulla re fuerant, proscindebãt me conuitijs sine intermissione.

16 Una cum scurris et irrisoribus frusto panis conductis, non desiterunt frendere cõtra me dentibus suis.

17 Domine quando tandem horum habebis

rationem: libera quesо animam meam ab iis, qui perdere conantur eam, a catulis leonum solitariam et omni humano auxilio destitutam.

18 Accepta referam tibi omnia mea, idq; palam in hominum frequentia apud populũ fortem laudibus extollam te.

19 Non habeant ansam insultandi, qui hostiliter insequuntur me sine ratione, nec illi, qui odio me habent absque vlla causa, & subsannant me.

20 Non enim quibus tuto fidi possit loquũtur: sed aduersus insontes, qui in terra degunt, dolos concinnant.

21 Dilatauerunt os contra me, et insultantes clamauerunt, optime, optime, tandem viderunt que voluerunt oculi nostri.

22 Vidisti hec omnia, ne quesо dissimula domine, ne desere me, quemadmodum solent, qui procul abeuntes amicũ relinquũt in periculis.

23 Prosper te, et ostende in causa hac mea, ipsos ea que faciunt te dormiente non facere, sed quãuis non appareat, te deũ dñm meũ diligentissime curare negotia mea.

24 Iudica quod iustum esse nouisti domine

mi deus: et fac ne habeant quare ipsi compotes vos irrideant me.

25 Non habeant cur dicant in corde suo, ex animi nostri sententia hec res successit nobis: neq; iactent se prostrauisse me.

26 Pudore afficiãtur, et infames fiant, quotquot voluptatem capiunt ex malo meo: induant confusionem et pudorem, quotquot eriguntsese, vt noceant mihi.

27 Gaudeant et letentur quibus placet innocẽtia mea, et dicãt iugiter, magnifiat dñs, qui pacem habere voluit seruum suum.

28 Lingua mea sedulo p̃dicabit iustitiã tuã, et laudes tuas cantabit assidue.

Ipsius serui domini Dauid 36.

1 Perfualit (quantum animo possum concipere) ipsa nequitia impio exlegi, nõ esse metuendum illi, ne deus supplicium sumat de sceleribus illius. Dixit iustus vt delinquat in semet. Psalm. xxxv.

2 Blandis persuasionibus egit apud illum, vt placere incipiat ipse sibi flagitijs suis: quare fit ostenditur deus, vt ipsum cũ sceleribus suis deprehensum, odio persecuturus sit perpetuo.

3 Sermo illius iniquitatis, et fraudis plenus est: noluit resipiscere. neq; vitã in me-

lius commutare.

4 Cogitabit noctu iacens in lecto, quibus artibus oppugnat plurimos, sectabitur vite genus pessimum, nullum genus malitie preteremittet.

5 Domine quicquid ambitu celorum continetur, benignitatis tue particeps est, et constantiam propositi tui sentiunt quecunque inter terram et nubes media sunt.

6 Iustitia tua magnitudine superat montes altissimos: iudicia tua profunda sunt profundissima abysso, hominem & bestiam saluabis domine.

7 Quam est magnificienda benignitas tua deus, per quam posteri Ade, veluti latentes sub umbra alarū tuarum tuti degunt.

8 Hruentur copia earum rerum, quibus abundat domus tua, et veluti flumine variarum voluptatum potabis eos.

9 Apud te enim fons est vite perennis, vbi illuminati fuerimus lumine tuo, a tenebris liberi erimus perpetuo.

10 Benignitatis tue copiosius participes fac eos qui agnoscunt te, & iustitie tue eos qui candido sunt pectore.

11 Non perueniat vsque ad me pedibus tuis

superbijs, ne moueat me loco meo impiorum feror manus.

12 In ipso conatu collapsi sunt qui perpetrare iniqua conabãtur, prostrati sunt nec poterunt surgere.

Ipsius Dauid 37.

1 Nihilte moueat si sceleratos videris opulentos, nec illis inuideas prosperitatis tantillum. Moli emulari in malignãtib⁹. Psalm. xxxvj.

2 Similes enim deprehendẽtur feno, quod exortum minimo durat tempore, et herbe similes erũt virẽti, que marcescit subito.

3 Fiduciam tuam colloca in domino, et sectare quod bonum est, vt terram ihabites longo tempore, et pascas et augeas assidue de domino conceptam fidem.

4 Si oblectaueris te domino, dabit tibi quãtum animo concupiscere poteris.

5 Committe domino statum rerum tuarũ, fide illi, optima enim fide curabit et te et tua omnia.

6 Et faciet vt tam sit conspicua iusticia tua, quam est lumen solis: et equitates tue (licet nunc nonnihil obscurentur impiorum felicitate) tam clare fient, quam est sol in ipso meridie.

7 Patienter expecta dominum, et fer equo animo, si quid ab illo tibi immittatur aduersi, neq; contristeris, si videris aliũ quẽpiam felicius augere sua, quod sepenumero sceleratissimo cuique euenire solet.

8 Cohibe animum tuum ab ira, et pelle furorem, nec sic intendaris, vt illorum sceleratorum exemplo, ad perpetranda similia animum inducas.

9 Scelerati enim homines subuertẽtur, qui vero dominum patienter expectant, velut hereditario iure terram possidebunt.

10 Breuissime sic interibit impius, vt veteris pompe, qua admirationi fuit multis, nihil reliquum visurus sit.

11 Interim modesti possidebũt terrã, et trãquillissime viuent, nacti pacem, que plurima secum commoda allatura sit.

12 Conabitur impius iustum subuertere et frendet aduersus illum dentibus suis.

13 Dñs ridebit minas illi⁹: nouit enim quã sit ei⁹ propinquo tempus, quo ipse peribit.

14 Gladium e vagina exemerũt impij, et arcum suum tetenderunt, si quo modo prosternere possent iscontem humano presidio destitutũ, et eos deuorare, q̃ innocue viuunt.

15 Gladius eorum penetrabit cor eorum, et arcus eorum confringetur.

16 Satius est paululum habere, et partum iuste, quam diuitias plurimas, quomodo habent eas impij.

17 Posteritas enim impiorum dissipabitur, seruabit vero iustos dominus.

18 Nouit dominus dies iustorũ, et cure sunt illi, et hereditas eorum perpetua erit.

19 Non frustabuntur spe sua, quando alios inuoluet temporis infelicitas, et alijs fame laborantibus, ipsi saturabuntur.

20 Impij peribunt interim et inimici domini, non aliter ꝙ adeps agnorum, qui adoletur super altare: finem capient, vna cum fumo deficient.

21 Mutuum accipit impius, nec reddet: iustus autem misericordia motus, vltro dat ijs, qui opus habent.

22 Quare qui bene precãtur ob iustitiam ei, terram possidebunt: qui vero maledicunt, extirpabuntur.

23 A domino dirigent gressus viri, et vite genus quodcũq; elegerit, gratum erit illi.

24 Si ceciderit, non supplantabitur: dominꝰ apprehensa manu eriget illum.

25 Iuuenis fui, et diu viuendo senex factus sum, nec tamen vidi iustum delertum, nec semen illius laborare inopia victus.

26 Assidue in omnes misericors est iustus et mutuo dat: quare posteri illius diuitijs abundabunt.

27 Fuge malum, et sectare quod bonum est, vt possis durare perpetuo.

28 Amat enim dominꝰ quod equum est, nec vnquam deseret sanctos suos, custodia eñ adhibita illis est perpetua, impiorum vero posteritas, exterminabitur.

29 Iusti tanquam suam possidebũt terram, et inhabitabunt eam diutissime.

30 Os iusti tractabit sapientiam, et lingua eius loquetur que ad rem pertinebunt.

31 Doctrina dei sui stabilitũ habet cor, quare stabilis erit, et a lapsu securus pes eius.

32 Obseruat impius iustum, & studiose querit quomodo occidat eum.

33 Sed dominus non sinet eum opprimi tyrannide illius, nec permittet eum impietatis conuinci, quando causa eius in iudicio tractabitur.

34 Expecta ergo patienter aduentum domini, et viue secũdum prescripta illius: quod

si feceris, extollet te, & terre pficiet, et quã-
do impij subuertentur, tu interitum eo-
rum securus aspicies.

35 Vidi impium potentem, et virentem, et
similem lauro que viret perpetuo.

36 Sed paulopost obiter preteriui locum in
quo antea floruisset ille, verũ inueniri non
potuit, euanuerat enim.

37 Sit tibi cure integritas, et spectа semper
id quod rectum est: eum enim qui talis est.
pax manet perpetua.

38 Scelerati omnes funditus subuertentur:
exitus impiorum erit miserabilis.

39 Salus prouenиet iustis a domino, fortitu
do eorum ipse erit tempore afflictionis.

40 Et auxiliabitur eis dominꝰ, liberabit in-
quam, eos ab impijs, et salutem adferet
illis, quia spem suam posuerunt in eo.

Psalmus Dauid 38.

1 Me quelo domine pro graui ira, et si iustissimis de causis aduersum me concepta sit, castiges me neque pro bi-
li, quam ego meis sceleribus mouit tibi, animaduertas in me. Dñe ne i furore tuo. Psalm. xxxvij.

2 Iam nunc enim tue sagitte alte infixe he-
rent in me, et manu tua prostrauisti me.

3 Nihil integrū est in toto corpore meo, fre
metu quem de te cōcepi irato: nihil est in os
sibus meis quietum, propterea quod pec
catorum conscius mihi sum.

4 Iniquitates superauerunt caput meum:
et facte sunt grauiores, quam quibus fe
rendis sufficiam.

5 Putruerunt et recruduerunt male obdu
cte cicatrices mee: propter insignem stulti
tiam meam.

6 Peccati pondere depressus, supra modum
humiliatus sum, toto die habitu lugubri
obambulaui tristis.

7 Intestina enim mea feruenti plaga plena
sunt: que sic erūpit, vt nihil in corpore in
tegrum reliquerit.

8 Debilitat⁹ sum, et modis tam miris vul
neratus, vt pre intolerabili animi crucia
tu vocem ediderim non humanam, sed ru
gitum potius leoninum.

9 Domine notum tibi est desyderium meū,
et suspirium meum non latet te.

10 Cor meum palpitat intra me, destituit me
robur meum: et lumen oculorum meorum
non habeo in potestate mea.

11 Amici olim mei, et familiares e regione

plage mee steterunt: vicini mei procul a me fuerunt semoti.

12 Retia expandunt insidiantes vite mee, et studentes incommodare mihi, loquebantur scelerata, et fraudes assidue machinabantur.

13 Ego verò tanq̃ surdus audire dissimulabam: et factus sum veluti mutus nõ aperiens ad respondendum os suum.

14 Et similis eram viro qui nihil audit, nec diluit que illi obiciuntur crimina.

15 Ad te enim domine anhelabam: tu audies suspiria mea, domine mi deus.

16 Valde metuebam ne nanciscerentur ipsi ansam gloriandi aduersum me: qui quoties vel tantillum accepissem incommodi, erigere solent cristas suas.

17 Causam habebam metuendi, quod ferendis verberibus destinatus essem: quodque vulnus meum cogerer circũferre mecum iugiter.

18 Hoc illud est graue animi vulnus, quòd iniquitatem meam non possum non agnoscere, dum memet mihi ostendo: nec dolorẽ remittere sinit recordatio peccati mei.

19 Dum ego ad eum modum affectus sum,

inimici mei viuũt et valent: et numero plurimi persequuntur me, nihil vnquam vel re: vel verbo læsi a me.

20 Quin potius malum reddiderunt mihi, a quo beneficium acceperant: aduersati sunt mihi nõ alia magis causa, quam quod vita mea illorum dissimilis erat: facere enim bene studebam.

21 Vides domine quo in loco sint res mee, quare auxilio sis mihi domine mi deus: et ne relicto me in his periculis tu procul hinc abscesseris a me.

22 Cito accurre: vt auxilio sis mihi domine, author salutis mee.

Psalmus Dauid. 39.

Dixi custodiam vias. Psalm. xxxviij.

I Tacui ne verbo quidẽ vllo sine fructu ansam præbere impijs calũniandi: frenum adhibebo ori meo, quãdiu negocium mihi fuerit cum impio.

2 Obmutui penitus, abstinui etiam bonis: metuens ne & illa in calumniam raperent: quãmuis ea taciturnitas vehementer auxerit dolorem mihi.

3 Concaluit intra me cor meum, et quum animo reuoluerem, quib⁹ in malis essem, non aliter estuabam, quam si ignis intra

me arperet, qui erumpere cogeret me in votem hanc.

4 Fac sciam domine finem meum, et numerum dierum meorum qui reliqui sunt adhuc, vt cognoscam quanto tẽpore in miserijs viuendum mihi sit adhuc.

5 Certum est enim, te veluti in digitis numeratos habere paucissimos dies meos, et huius vite tempus apud te rem esse penitus nihili: reuera enim modis omnib⁹ vanissimus est, quisquis est homo, quantumuis videatur esse aliquid. Ita res habet.

6 Etenim in tenebris tota vita sua versabitur qlquis fuerit, et sine fructu tumultuabitur: colliget magno studio multa, nescius interim incertus vlus congreget ea.

7 Et ego hoc rerum statu, quid aliud opto domine, quam vt succurras mihi? a nomine enim subsidium expecto nisi a te.

8 Et vt ab omnibus peccatis meis liberes me, nec sinas me fieri ludibrio stolidis, & impijs hominibus.

9 Obmutui non aperturus os meum, quod scirem ad exercendã patientiam abs te immitti hec mihi.

10 Aufer paulisper a me flagellũ tuum pre

metu enim manus tue propemodum examinatus sum.

11 Castigationibus, ob iniquitatem immissis, erudire soles hominem: et absumere, donec resipiscat, quicquid in eo eximiũ fuerat, quemadmodum tinea vestimentũ consueuit: quare nihil nisi mera vanitas est, quisquis fuerit homo. Ita res habet.

12 Audi precationem meam domine, et clamorem meum auribus hauri: ad fletum meum ne obsurdescas, peregrinus enim sum apud te et alienigena, quales fuerunt omnes progenitores mei.

13 Abstine paululum a flagellãdo me vt vires pristinas recipiam: priusquam migrare cogar nunquam rediturus huc.

Ipsius Dauid Psalmus 40.

Expectão expectaui dominũ. ps. xxxix.

1 Solicite expectans expectaui, donec preberet se mihi dominus: et exaudiret clamorem meum.

2 Et extraheret me e puteo illo calamitoso et luto sordidissimo, et cõstitueret me in rupe erectũ in pedes meos: viam mihi preparans, per quam ambularem inoffense.

3 Et immitteret in os meũ carmen, quo noua decantẽtur, et inaudita beneficia dei nostri.

4 Uidebunt hec plurimi, et reuerebunt dominum, et credent se illi.

5 Beatus ille vir, qui ponit in domino fiduciam suam, nec admiratur eos, qui iactãt vires suas et sectantur fluxa hec, que aliquid esse videntur, quum nihil sint.

6 Plurima designasti tu domine admiratione dignissima, et cogitationes quibus sedulo curas nos, tam sunt multe et mirabiles, vt nemo hominũ intelligere queat, quantum tibi debeat pro illis: si enim aliis enarrare coner eas, & verbis proloqui, inuenĩ plures esse, quam vt numerare sufficiam. nedum verbis explicare.

7 Sacrificium et oblationem non desyderasti, sed aures purgatas dedisti mihi: holocaustum, et hostia que pro peccato solet offerri, non amplius placent tibi.

8 Tum dixi, ecce ego ipse aduenio: in volumine libri scriptum est de me.

9 Facere quod placeat tibi mi deꝰ vehemẽter cupio, et doctrinam tuam in penetralibus pectoris mei descriptam habeo.

10 Predicaui iustitiam in frequentia populi maxima, certe labijs meis non peperci: qđ et tu domine optime nosti.

11 Iustificationem tuam nō inuidebā aliis, abscondens eā intra angustias cordis mei: constantiam tuam in promissis, et quam promisisti te allaturum miseris salutē, palam annunciaui, nec destiti commemorare plurimis, quam sis benignus, et quam tuto fidi per omniā possit tibi.

12 Tu nega quesо tu domine omnimodam illam misericordiam tuam mihi, sed benignitas tua, et cōstantia, in seruandis promissis, tutentur me perpetuo.

13 Circundederunt enim me mala innumerabilia: apprehenderūt me iniquitates plures, quam vt eas visu assequi potuerim: superauerūt numero capillos capitis mei, quare et animus meus destituit me.

14 Dignare quesо liberare me domine, ad ferendum auxilium mihi accurre.

15 Suffundantur pudore, et ignominia afficiantur ad vnum omnes, qui persequuntur animam meam, vt perdant eam: conuertantur in fugam, spe sua frustrati, notentur infamia, qui voluptatem capiunt ex malo meo.

16 Pereant, mercede accepta pro ignominia, qua me afficere conati sunt, et quotquot

tysultantes dicunt in aduersis meis, euge, euge.

17 Gaudeant et letentꝫ freti fiducia tua, quotquot student placere tibi: et dicant iugiter magnificat dominus, quotquot cupidi sunt assequende salutis tue.

18 Quanquam autem pauper ego sum, et omni humano auxilio destitutus, dominꝰ tamen curã suscepit mei, quare quum auxilium meum et seruatoꝛ meus sis tu oꝛo te mi deus, ne protractineris diutius.

Psalmus Dauid 41.

Beatꝰ q̃ intelligit sup egenum. Psalm. xl.

1 Felix ille, qui non aspernatur afflictum, quin potius prudenter rem apud se perpendens sic cogitat, cui nunc ab amico deo immittuntur mala hec, illum eripiet domine e malis grauioꝛibus, que alios manent.

2 Dominus curam geret illius, et bite pristine restituet, et diuitem in terra faciet: nec sinet eum premi tyrãnide hostium suoꝛum.

3 Dominus auxiliabitur illi, etiam in cubili ob doloꝛẽ decumbenti: quin et lectũ illius totum: angulis vndique ventilatis, in ipso moꝛbo versabis domine: vt mollius cubet.

4 Ego in moꝛbo conuerti me ad te: et di-

xi. domine miserear te mei, sana animam meam, languet enim propterea quòd peccauerim ego in te.

5 Inimici male precabantur, mihi dicentes: quando tandem morietur, et abolebitur nomen illius.

6 Si forte fortuna venit quispiam illorum, vt viseret me, loquebatur fucate, addebat sceleri scelus, longe aliud habēs in animo quam in ore, egressus enim a me fores, linguam aduersum me suo more exacuebat.

7 Unanimiter aduersum me conspirabāt, quotquot erant osores mei, aduersum inquam me, a quo leśi nunquam fuerant, studiose cogitabant quomodo nocere posset mihi.

8 Morbus, inquiunt, grauissimus corripuit illum, et decumbere tam grauiter cepit, vt nunquam valetudinem pristinam recepturus sit.

9 Quin & vir cum quo mihi arctissima fuit familiaritas, cui fidebam, qui et meo vescebatur cibo, sublato pede velut calce petebat me.

10 Quare tu domine horum habita ratione, miserere mei, et erige me, vt illis, qō me-

riti sunt retribuam.

11 Per hoc cognoui me amari abs te, quod inimicus meus caulam nõ habeat gloriãdi aduersum me.

12 Ego enim in simplicitate mea, porrigente mihi te manum tuam, perstiti: quare & constituisti me eo loco, vt semper e regione tibi proxime adsuturus sim.

13 Omni laude maior dominꝰ deus Israelis, ab eterno fuit, et vlqz in eternum erit. Amen Amen.

Liber primus.

Filiorum Corach 42.

1 Quemodo ceruus anhelare solet ad riuulos aqua plenos, ita anhelat anima mea, vt perueniat ad te. Quẽ admodũ desiderat ceruus. Psal.xlij.

2 Sitiuit anima mea deũ, deũ, inquã, fortem et valentẽ: quando mihi continget, vt intromissꝰ ad te aspiciar placido vultu tuo:

3 Fuit mihi fletus p cibo die & nocte, quum dicerent, qui insultabant mihi, vbi nunc est deus tuus:

4 In memoriam reuocabam que olim patribus prestitisti, et effundebã intra me animam meam, memetipsum consolans, et futurum sperans, vt liberer aliquando a

malis presentib⁹: et hinc transeam cū multis, et proficiscar cum illis vsq; in domum dei tali cum gaudio: quali festus dies celebrari solet.

5 Quorsum affligis te o anima mea: et tumultuaris intra me? spera bene de deo, veniet enim tempus, vt ipse pro sua benignitate eripiat me ex malis meis: et ego occasionem habeam laudandi, et pro acceptis ab eo beneficijs, gratias agendi.

6 Mi deus, anima mea cruciat sese intra me: nec habeo quo me consoler, nisi recordatione beneficiorum patribus nostris exhibitorum iuxta Jordanem: et a Mitzar vsq; ad montem Hermon.

7 Abyssus vna aliā inuitat sono, qualē edere solent cataracte tue maximum, fluctus tui: et malorum vnde per nos transierunt.

8 Pullis malorum tenebris in die, dominꝰ decreuerit misericorditer agere nobiscum, quare ne hac quidem tribulationibus plena nocte laudando illo cessabimus: carmen enim in laudem illius scriptum, et precatio ad deum omnipotentem: et vite authorem, semper erunt in ore mihi.

9 Persuadet sibi de te, o deus anima mea.

quod instar rupis firmissime sis mihi tu: quousque ergo obliuiscēris mei: et quousque ego tristis incedere cogar propterea afflictionem inimici:

10 Dolerabilis foret mihi, si gladiū adigerēt in viscera mea: q̄ impias cōtumelias audire ab inimicis meis dicentibus assidue cū risu, vbi nunc est deus ille tuus:

11 Quorsum affligit te o anima mea: & quorsum tumultuaberis intra me: bene spera de deo, fiet enim adhuc: vt gratias agam illi pro salute coram ante cōspectum meum allata ab ipso qui non dedignabitur se gerere pro deo mihi.

Psalmus. 42.

1 Iudex meus esto deus, et litiga pro me contra gētem nihil minus quam sanctam, a viro dolosо & iniquo libera me. Iudica me de⁹ et discerne causam. p̄o. xliij.

2 Tu enim deus author esse soles omnimodę fortitudinis mihi: quare ergo deseruisti me nunc, et viribus destituisti me: quoq; lugens assidue obambulo oppressus tyrannide hostis:

3 Immitte lucem tuam & veritatem tuam, vt ipsa deducāt me: et peruenire faciāt vsq; ad montem quem tua sanctitas inhabitat:

imo vsq; in ipsa penetralia cubiculi tui.
4 Ut perueniam vsq; ad altare dei, imo vsq; ad ipsum deum authorē inenarrabilis mihi letitie, quam et referam ingenue acceptam tibi cithare modulatione deus, animo meo clarissime deus.
5 Quousq; macéras te o aia mea, et quousq; tumultuaris intra me? expecta patiēter quoad venerit deus: futurū enim certo scio, vt adhuc laudem illum, q; author fuerit mihi omnimode, & anteconspectum meum expolite salutis, quodq; non fuerit vedignatus gerere sese pro deo mihi.

Filiorum Core. 44.

Deus auribus nostris. ps. xliij.

1 Deus auribꝰ nr̄is audiuimꝰ: patres eñ nr̄i cōmemorauerūt nobis insignia illa, & digna admiratiōe opa q̄ tēporibus illoꝝ operatꝰ es, & tēporibꝰ q̄ illos p̄cesserant: quēadmodū ipsi illa a patribꝰ suis acceperant, bona fide narrauerunt nobis.
2 Tu omnipotentia tua gentes extirpasti: & patres nostros in loca illarum inseruisti: plurima mala tu tulisti populis illis, vt patres nostros in terra illoꝝ introduceres.
3 Palam est enim eos nō suo gladio cōquisiuisse terras illas, nec brachio suo victores

euaſiſſe, ſed dextera tua et brachiũ tuum, et lauor relucens in vultu tuo, hec illis preſtiterunt, non ob aliud quam quia libuit tibi benefacere illis.

4 Tu es ille quem merito amo, meus ille rex deus, qui dignatus es tam multis modis benefacere Jacob.

5 Quare freti tuo auxilio aduerſarios veluti cornu petebamus, freti potentia numinis tui proſternebam⁹ quotquot inſurgere audebant in nos.

6 Non enim in meo arcu ſpem ponebam: nec enim meus gladius ſeruare me potuiſſet.

7 Sed tu victoriã tribuiſti nobis de aduerſariis noſtris: et eos q̃ odio nos proſequebantur, dedecore affeciſti ſpe ſua fruſtratos.

8 Quod deum propitium habuerimus, ſerio exultare conſueuimus: quare maieſtatem nominis tui domine perpetuo celebrabimus. Jta fiet.

9 Sed q̃ fieri poteſt, vt nũc deſerueris nos, et ignominia affeceris nos, nec egrediaris nobiſcum, ſicut ſoles, in prelium:

10 Coegiſti nos terga prebere hoſtib⁹, & preda facti ſum⁹ illis, qui odio habebant nos.

11 Similes nos feciſti ouibus mactationi de-

stinatis, dispersisti nos p exteras, et a cultu diuino alienas nationes.

12 Vēdidisti pplz tuū nulla pecunia, nec obulo vno factꝰ es ditioz ex venditione illoz um.

13 Exposuisti nos pzobzo vicinis nīis, subsannationi et ludibzio fuimus ijs, qui habitant circum nos.

14 Posuisti nos fabulam ethnicis, motocapite irridēt nos populi.

15 Assidue nobis versatur ob oculos contumelia, pudoz faciem occupat totam.

16 Propter cōtumelioſam insultantis nobis vocem, et pzobzis nos afficiētis: et ppter inimicum, qui se gloziātur facultatem nactū, vt nos tanquam dignos malo affligat.

17 Hec omnia fere cogimur, quod non obliti fuerimus tui: vel fedus initum tecum ruperimus.

18 Nō enim alio abs te defiexit coz nostrum, nec declinauit gressus noster a vijs, quas tu ostenderas nobis.

19 Contriuisti interim nos locis, quibus non homines, sed dzacones habitare videntur: contexisti nos caligine tribulationis vsqz ad mozte m.

20 Si obliti fuissemꝰ nominis dei nostri, aut

expandissemus manus nostras implorantes opem ab alio quante vero deo.

21 Si quippiã tale factũ a nobis fuisset, merito deꝰ p eiusmodi impietate nobis hec mala immitteret: nũc qui nouit etiam ea, que latent in penetralibus cordis, scit nihil in nobis esse tale, et tamen patimur hec.

22 Propter te enim occidimur assidue, estimamur non pluris ab ijs qui nos occidũt, quã oues a lanio dum mactat eas.

23 Euigila, quoulqꝫ stertere videberis: expergiscere, ne ppetuo neglectuꝰ videaris nos.

24 Quoulque faciem tuam abscondes, tanquam nullam habeas afflictionis nostre et oppressionis rationem?

25 Prostrati enim sumus vsqꝫ in terram, et venter noster terre adheret.

26 Exurge tandem vt auxilieris nobis, et libera nos pre immensa benignitate tua.

Filiorum Corach, carmen amoris plenissimum. 45.

1 Eructauit cor meum. Psalm. xliv.

Eructauit cor meum verbum optimum, quẽ vna cũ reliquis operibus meis dedico regi: & lingua mea nõ minus prõpte excipit que illi suggerit animus, quam scribit calamo is, qui scribendi peritissimus.

2 Supra modum formosus es, nec quisquã ex posteris Ade conferri tecum vlla ratione poterit: copiosissima effusa est gratiositas in labia tua, vt sit sermo tuus gratia summa conditus: quare et deus te diuinis muneribꝰ ornatissimum reddidit, que nũquam auferentur à te.

3 Accinge gladium tuum femori tuo o potentissime, laudem enim et honorem magnifice assequeris.

4 Et honorem virtutibus tuis debitum assecutus, tenta quicquid volueris, prosperrime enim cedet tibi: veheris predicatione fidei et mansuete iustitie, designabit stupenda dextera diuinitatis tue, que summo tibi cedent honori.

5 Ubi sagitte tue vehemẽter acute penetrauerint corda olim hostium tuorꝫ o rex: tum nationes varie supplices fient tibi.

6 Solium tuum regium (o Christe) deus hoc seculo stabile erit, et futuro vlqꝫ in perpetuum: sceptrum iustitie erit sceptrum regni tui.

7 Amantissimus es iustitie, et odio prosequeris quicquid est ab equitate diuersum, quare vnxit te Christe deus, Deus tuus

oleo fragatione quam vllam vnquam so-
ciorum tuorum.

8 Nihil quam myrrham, aloen, et caliam
spirant omnia vestimenta tua, ex reposito-
riis vestium eburneis deprompta in hoc, vt
se exhilarent illis.

9 Filie regum aderunt inter reliquas puel
las nobiles: statuetur tibi ad dextram con-
iunx ornata auro Ophir optimo.

10 Audi filia, et rem perpende, aurem tuam
prebe mihi, vt populi tui obliuiscaris et co-
gnationi paterne hortanti.

11 Captus est enim amore insignis ille rex
forme tue: est autem (vt scias) hic rex do-
minus tuus. dignus cui tu ingenua prouo
luta supplex fias.

12 Et si nuptie processerint, filia Tyri mu-
neribus amicitiam inire tecum studebit, ve
nerabunt te ditissimi quique in toto populo.

13 Clarius erit ornatus regine regis illius,
sed non omnium oculis expositus: animi
enim magis erit q̄ corporis: vestis illi⁹ au-
ro interexta erit artificiosissime.

14 Vestibus elegantissime variegatis perdu
cetur ad regem illum, virgines comitabū-
tur illam: adducitur iam nūc cum suis vir-

ginibus regina tibi o rex.

15 Perducent cum gaudio et summa letitia. penetrabunt vsq; in intimũ palatiũ regis.

16 In locum patrum tuorum succedent filij tibi, longe prestantiores patrib⁹ illis: quos prefficere poteris vniuerse terre.

17 Hactiam memorabile nomen tuum apud posteros omnes: vt celebraturi sint te vsq; ad consummationem seculi et in perpetuũ.

Filiorum Corach. 46.

Deus noster refugium et virtus. Psalm. xlv.

1 Deus fiduciam nobis suppeditat et robur, vt est illius mos: sepsi me eñ auxilio fuisse ijs, qui in periculis constituti fuerant, deprehensum est manifestissime.

2 Quare non timebimus etiam si subuertatur terra, et precipitentur montes in medium mare.

3 Tumultuentur licet et strepitum edant aque maris, contremiscant montes metu maiestatis illius. Ita fiat.

4 Exterritis alijs fluuius amenissimus in vario diductus riuulos exhilarabit ciuitatem nostram, quam deus inhabitat protector noster: et gratissime humectabit loca sancta, que incolit sanctissimus ipse.

5 Ipse deus in medio illius nostre ciuitatis

adest assidue, et curat ne vel tantillum conculcetur: auxilio veniet quoties opus erit, etiam ante ipsam auroram summo mane.

6 Contrepidauerunt gentes, et commota sunt regna, vocem suam diuine maiestatis tam plenam edidit deus, vt viribus suis destituta fuerit vniuersa terra.

7 Dominus, in cuius potestate sunt omnes exercitus, adest nobis, instar firmissime balis est nobis deus Jacob. Ita res habet.

8 Cuia contemplamini queso opera domini, vt videatis, quam admiratione digna designauerit in terra.

9 Cessare fecit bella per totum orbem et omnes angulos illius, arcum confregit, sagittas et lanceas perdidit, currus bellicos igne exussit.

10 Hec si diligenter perpenderitis, agnoscetis facile me esse deum, qui potestatem habeam in gentes, et in vniuersam terram.

11 Dominus imperator omnium exercituũ partium est nostrarum, instar firmissime balis, cui tuto inniti possimus ipse nobis est deus Jacob.
Ita res habet.

Oēs gētes plaudite. Psalm. xlvj.

1 QVotquot vlquã estis populi plaudite manibus, signa letitie in honorem dei edite voce quantum potestis maxime hilari.

2 Dominus enim factus est sublimis, et suspiciendus: constitutus est rex omnia potēs super vniuersam terram.

3 Subiecit populos nobis, a cultu diuino antea alienos: populos inquam subiectos fecit, et supplices ad pedes nostros prouolutos.

4 Elegit i hereditatē nobis florē precipuū ipsius Jacob quem amauit. Jta res habet.

5 Ascendit in altum deus, exceptus est cum iubilo: dominus ipse cum clango re tube.

6 Quare psalmis celebrate deum: iterum dico celebrate regem hunc nostrum, atq; iterū ablq; cessatione celebrate.

7 Cōstitutus enim est rex omnium, qui terram incolūt, deus: quare psalmos in veneration illius canite, quotquot sapitis.

8 Deus suscepit imperium in gentes, deus sedet pro tribunali, sanctitatis sue specimē editurus.

9 Principes populorum vltro subdiderunt

sese deo Abraham: habet enim potestatem deus in fortissimos quosque totius terre, et infinitis modis superior factus est omnibus illis.

Filiorum Corach Psalmus 48.

1 Magni kit dominus, et laudatur merito ab iis, qui ciuitatem dei nostri incolunt, que sita est in monte, quem sanctitas illius inhabitat. Magn⁹ dominus et lauda. Psalm. xlviij.

2 Elegans regio, gaudium vniuerse terre mons Sion, lateribus expositus Aquilonis, ciuitas regis potentissimi.

3 Deus in palatijs ciuitas illius sic notus est, vt ignorari non possit: quin hoc ab ipso habeant q̄ stabilia sint.

4 Reges ipsi (res mira) consilio inito congregati, & vna ad ciuitatē illā profecti sunt.

5 Quam quum vidissent, animo conturbati sunt, et metu perculsi.

6 Terror inuasit eos ipsoi loco, & dolor qualis mulierem solet parturientem.

7 Fracti sunt animo quomodo tempestate ab Orientali plaga exorta confringi solent naues Tharsis.

8 Quemadmodum audiuimus, inquiebāt, sic rem se habere coram ipsi vidimus in ci-

nitate domini in omnia imperiū hahentis. in ciuitate inquā dei oim nostrū, deus ipse ciuitatē illā stabiliet in eternum. Jta fiet.

9 Cum fiducia expectauimus Deus benignitatem tuā, qui versamur in medio domus regie tue.

10 Sicut fama nominis tui ad extremos fines terre puenit, ita et maiestatis tue laus: iustitia plena est dextera tua, quecūqz enim facis iustissime facis.

11 Gaudebit mons Sion, et exultabunt filij Jude, propter iudicia tua.

12 Circuite Sion, et diligenter contemplamini eam, numerate turres illius.

13 Adhibete animum ad murum eius, vt diligenter cognoscatis: considerate diligēter, vt quam sint admiratione digna palatia eius describere possitis, et relinquere posteris.

14 Profecto hic deus noster erit deus perpetuo et vltra, ipse deducet nos quocunqz profecti fuerimus, vsqz ad finem vitē.

Filiorum Corach. 49.

Audite hec oēs gētes au. Psalm. xlviij.

1 Audite quod dicturus sum populi omnes, auribꝰ percipite quotquot inhabitatis orbem.

2 Et plebeij, & principes, vna diues cũ paupe.
3 Os meũ loquetur multa sapienter, & cogitatio cordis mei erũpet in verba prudentia.
4 Adhibebo ad expendendam parabolã aurem meam.
5 Cur solicitus ero de hijus vite bonis, tẽpore quo viuitur cum miseria i terra, num vt finis operum meorum iniquitatis me condemnet?
6 Quorsum multi spem ponunt in diuitijs, et propter multitudinem diuitiarum superbiunt?
7 Nemo enim potest vel fratrem suum si velit liberare vllis opibus a morte, nec offerre deo quicquam, quod pro eius redemptione velit suscipere.
8 Profecto rarissime seruãt, qui diuitijs inhiant: et qui perit ex eis, peribit perpetuo.
9 Viuet quidem in eternum, sed sic, vt ne optatus quidem interitus illi contingat.
10 Quia videbũt quidã mori sapientes, nihil interesse putabũt inter mortẽ sapiẽtũ & stultorũ: quũ stulti et bruti hoies nõ moriantur solum sicut sapientes. sed post mortem perpetuo intereant, destituti omnibus illis, que hic magno studio et anime detrimento

cõgesserãt:relinquere enim ea alijs coguyk.

11 Sepulchra eorum domus ipsi erũt perpetuo, & cubilia ipsis in generationẽ & generationem:quum viuerẽt fame magis,que ad posteros peruenuret,studiosi,quam salutis eterne,nomina suã indiderunt terris.

12 Uerum fieri non potest vt eusmodi homo diu in pretio sit: stoliditas enim illius deprehẽdetur, et non fiet pluris q̃ bestie, quibus se similem fecit.

13 Hic est successus stultitia illorum,dignus: sed & posteri illorum,quod ab illis didicerũt sequentur. Ita fiet.

14 Sicut oues adducentur ad inferos. vbi pabulũ erunt morti perpetue, et triumphabunt de eis iusti tempore matutino cũ summa gloria: robur enim impiorum peribit, vbi ad inferos a magnificis edibus, quas hic extruxerant,translati fuerint.

15 Interim deꝰ liberabit animam meam ab eo cruciatu,qui ĩpios manet: ipse enim me recipiet ad se. Ita fiet.

16 Ne admireris,& metuas si diues quis factus fuerit: et si ingens facta fuerit gloria domus eius.

17 Quãdo enim morietur,nihil eorũ auferet

hyne secū, nec gloria illa comitabitur eum.

18 Quia in hac vita beatus sibi visus est, et alios ad idem vite genus hortatus est, vt videlicet genuo indulgeas, et exemplo eius bene cures te.

19 Ipse perueniet cum pernicie anime sue vsquam ad patres suos, quorum impietatem imitat⁹ est: quos inuētur⁹ est in dēsissimis tenebris nulla vnq̄ luce illustrandis.

20 Miserabilis homūcio quum in honore p-pter diuitias esset, nihil intellexit, sed pecudum vitam imitatus sese similē fecit illis.

Psalmus Asaph. 50.

1 Deus iudicum dominus locutus est, et cōuocauit omnes qui terram inhabitant ab ortu solis vsq; ad occasum. De⁹ deorum locutus. Psalm. xlix.

2 Ex Sion veluti omnis elegātie quadam summa, illustris apparuit.

3 Veniet deus noster, nec perpetuo silebit: ignis enim vastans precedet ipsum: et circa ipsum vento ignis ille excitabitur, vt ardeat vehementius.

4 Aduocabit celos desuper et terram, iudicaturus populum suum.

5 Congregate ad me sanctulos meos, inqt dominus. de quibus tam sum meritus be-

ne,et qui mecum inierunt pactum de sacrificandi ratione.

6 Quod vbi factum fuerit, celi palam iustū esse dominum predicabunt: est enim iudex ipse iustissimus. Ita res habet.

7 Audi itaq; populeme, & loquar o Israel, teipsum enim testem adhibebo: negare eñ non poteris, quin de⁹, precipue autem in te benignus deus ego sim.

8 Non te reprehendam, quod sacrificiorum mihi non obtuleris satis: holocaustomata enim tua assidue coram me presto sunt.

9 Putas ne opus mihi fore vt impetrem a domo tua iuuencum aliquem, aut ex caulis tuis hircos?

10 Halleris si hoc putas, mee eñ innumere sunt ille fere, que in syluis degunt, pecudes preterea que errant in mille montibus.

11 Exacte noui genus omne auium, quāuis editissimis montibus nidos suos collocent, et quicquid animantium vlquam in vllis campis viuit, in mea est potestate.

12 His oibus ego in primis opus nō habeo: et si opus haberem, et esurirē, te nō orarē vt mihi suppeditares hec: orbis enim totus est meus, et quicquid toto orbe (quātumuis

barium sit) continetur, meum est.

13 An quisquam verum est tam stultus, vt putet me taurorum carnibus victitare, aut sanguinem hircorum potitare.

14 Offer deo quisquis illi placere studes, animi gratitudinem: et facile altissimo grata erunt qualiacunq; fuerint sacrificia tua reliqua, que te oblaturum vouisti.

15 Et si tum implorauueris auxiliū meū tēpore afflictionis, sic eripiā te e malis, vt gratias mihi magnifice habiturus sis.

16 Ad impium autem dixit deus, qua fronte tu verbis enumeras cōstitutiones meas, et pactum meum quod pepigi cum sanctis vel nominare audebis tu:

17 Quum odio habeas omnem rectam admonitionem, et abieceris verba mea post tergum tuū, et er animo deleueris, licet extremis labris ea crepes.

18 Si enim furē vlq; vidisti, illi te adiūxisti: & fieri furti particeps cupiebas, & socius fact⁹ es illorū, qui alienas stuprare solēt vxores.

19 Os tuum assuefecisti ad maledicentiam: & lingua tua concinnabat dolum.

20 Cōnabaris fratrē tuū maledicētia pdere: et filiū matris tue facere infamē nitebaris.

21 Hec fecisti: et quia ego ad tempus dissimulaui, putabas me similem tibi hominē ītolidum, sed castigabo te, et disponā ante oculos tuos ordine flagitia tua.

22 Intelligite hoc tandem quod dico, apud quos in obliuionem venit deus, ne forte rapiam et non sit qui eripiat.

23 Quicūq; mihi animi offert gratitudinem, is me vere honorat, & recta it ad me, cui ego ostendam felicitatem plane diuinam, qua illum faciam perpetuo beatum.

Psalmus Dauid quum venisset ad eum Nathā propheta, propterea q̄ rem habuisset cum Bathsabea. 51.

Miserere mei deus secundum magnā. ps. l.

1 Miserere te mei o deus, pro genuina benignitate tua, pro immēsa clemētia tua dele flagitia mea.

2 Iterū atq; iterum lauādo elue iniquitatē meā: et a peccato meo purum redde me.

3 Scelera enim mea agnoui reuerĭs ad me: et peccatum meum assidue ob oculos versatur mihi.

4 In te, in solum te peccaui, et abominabile scelus hoc admisi, nō reueritus cōspectum tuum: quare si hanc iniquitatem mihi cōdonaueris, et promissa seruaueris perfido

mihi, merito equissimus iudicaberis, et in seruãdis promissis cõstãtissimus, & in dãnãdis illis qui resipiscere nolunt iustissimus.

5 Profecto non ignoras, quãtum ad me attinet, iniquitatem mihi esse veluti genuinã, et matrem meam peccato obnoxiam fuisse in ipso calore conceptionis mee.

6 Quãꝙ ergo vitiate carnis impulsu fedissime lapsus sum, tu fidẽ tamẽ & cãdorẽ, qui in penetralibus pectoris situs est, maxime amare soles, a quo nõ omnino sum alienꝰ: non enim tam malitia hoc scelus admisi, ꝙ concupiscentia victus: quare iterum occultis inspirationibus docere me solidam sapientiam (sicut soles) non dedignaberis.

7 Si ergo expiaueris scelus hoc meum hysopo, veluti consummata expiatione, purus ero: et si eueris maculam hanc meam, ipsa iterum niue albior fiam.

8 Vbi exhilaueris me gaudio et solita letitia, tum exultabunt ossa mea, que vulneraueras tu.

9 Auerte quesso faciem tuã a peccatis meis, et vniuersas iniquitates meas dele.

10 Hac purũ sit cor meũ intra me o deus, et spiritum illũ stabilẽ renoua in corde meo.

11 Ne destituas me solito fauore tuo, nec spiritum illū insigniter sanctū auferes a me.

12 Quin potiꝰ restitue mihi gaudium quod de salute mihi per te prestāda cōcepi, et principe illo spiritu iuuami me.

13 Hoc vbi prestiteris mihi, ego docebo peccatores, quibꝰ viis peruenietur ad te, et pctis grauati meo exemplo reuertentur ad te.

14 Libera me ab homicidio quod cōmisi deꝰ, o deus authoꝛ salutis mee, vt cū gaudio cātet lingua mea insignē illā iustitiam tuam.

15 Aperi domine labia mea, vt os meum predicet laudes tuas.

16 Externis sacrificijs, etiā si plurima offerre coner, non placaberis, neqꝫ hostia que altari imponitur, delectaberis.

17 Sed sacrificia quibꝰ placat deus, ea sunt, animꝰ penitētia fractus, et coꝛ dolore cōculsum et vulneratū, hec a quocūqꝫ offerentur tibi o deus, despicere nunquam poteris.

18 Utere quelo soluta benignitate tua erga Sion, vt extruas muros Hierusalem.

19 Tum grata tibi erūt sacrificia, que signa sunt iustitie iterne, oblatio videlicet queuis, et holocaustum, tunc rite sacrificaturi imponent super altare tuum vitulos.

Iplius Dauid, quando venit Doeg Idumeus, & commonefecit Saul dicens, peruenit Dauid in domũ Abimelech.

52.

1 QUid gloriaris, et multa posse te putas per malitiam: an ignoras tua clementia omnipotentem deum adesse bonis omni tempore?

Mala gloriaris in malo. ꝑ psal.li.

2 Sermonem pestilentẽ cuppeditat scelerati⁹ animi⁹ lingue tue, que cunilluma est nouacule acute, quum ad resecãdam barbam adhibita, aberrat et iugulum petit.

3 Amasti malitiam magis ꝙ probitatem, et mendacium magis ꝙ loqui id quod verum est. Ita res habet.

4 Amasti omnis generis imposturas, vt illis cubuertas innocuos, et linguam habes nil nisi fraudes edoctam.

5 Quare omnipotẽs deus cubuertet te, perdet te, extrahet te e tabernaculo, & radicitus euellet te de terra viuentium. Ita fiet.

6 Videbũt iusti et venerabũtur deũ: te autẽ cum stultis conatibus tuis ridebunt.

7 Dicẽt eñ, ecce hic est ille vir, qui nõ beneficio dei fortis esse cupiuit: sed fiduciã habuit in diuitijs, et sceleribus potẽtiã affectauit.

8 Ego interim similis ero olee virenti, quæ in domo dei, spē enī meā posui in misericordia dei, quam nullo vnq̄ tēpore deponam.

9 Laudibus efferā te, quia fecisti hoc et patienter expectabo clementiam, que respondet ipsi nomini tuo, apud sanctos tuos gratiosissimo.

Ipsius Dauid 53.

Dixit insipiēs in corde suo. Psal. liij.

1 Perstultum habet animo suo stolidus nullum esse deum, corruperūt & abominabiles fecerūt sese, nec quisquam est ex omnibus qui faciat bene.

2 Deus e celo prospexit, et contemplatus est posteros Ade, vt videat num sit prudēs qspiam, qui studeat placere deo.

3 Singuli defecerunt, vna omnes abominabiles facti sunt, nec est qui faciat bene, ne vnus quidem.

4 Ignorare ne potuerunt sceleratiilli, q̄ deuorant plebiculam meam, nō aliter q̄ deuorari solet frustum panis, nō hoc lucere illis: nihil ne vnquam de deo legerant?

5 Quare pauebūt etiam vbi pauore nō erit opus, deus enim dispergit ossa illorum, qui exercitum educere conabuntur (o Christe) aduersum te: pudore afficies eos, & īfamia.

deus enim spreuit eos.

6 Vtinam dominus proferat e Sion omnimodam illam salutem Israeli promissam, quod fiet quãdo dominus populum suum liberabit e captiuitate, tunc exultabit serio Iacob, et letabitur Israel.

Quum venissent ziphei, et dixissent Saul, nonne Dauid occultat sese, et latibula habet apud nos:

Dauid 54.

1 DEus pro maiestate nominis tui serua me, et quum potestatem abunde habeas, vlciscere iniuriam illatam mihi. Deus in nõie tuo saluũ me. pſ. liij.

2 Deus audi precationem meam, aures prebe verbis oris mei.

3 Quia etiam alienigene insurrexerũt aduersum me, & homines seui magno studio conati sunt perdere me, non habita vlla ratione tui o deus. Ita res habet.

4 Verum quia deus auxilio est mihi, et domine e numero est eorum, qui tutãtur animam meam.

5 Ipse retorquebit malũ quod mihi parãt, in eos ipsos, qui iniuria afficiunt me: ergo pro bona quesо fide tua in seruandis promissis, subuerte illos.

6 Liberaliter sacrificia offeram tibi, laudibus efferam nomen tuum domine: bonum est enim et gratiosum.

7 Eripuit enim me ex omni angustia, et ei⁹ beneficio vidit oculus meus, qualia quisq; vellet in capitalibus inimicis suis.

Ipsius Dauid. 55.

Exaudi deus orationē meam. p.luij.

1 AVres prebe o deus precationi mee, & ne auerseris quelo preces meas.

2 Accōmoda te mihi, et exaudi me, turbat⁹ sum enim: et pre dolore moueo me nūc huc, nunc illuc, et inter orandum conturbor.

3 Propter minas inimici, et seuitiam impij qui impingere mihi conabantur iniquitatem, et irati insurgere aduersum me.

4 Cor meum trepidauit intra me, & terriculamenta mortis corripuerunt me.

5 Timor et tremor inuaserunt me, et circūdedit me vndiq; pauor.

6 Quare dixi apud me, vtinam dentur mihi ale sicut date sunt columbe: vt auolare mihi liceat, et alium in locum commigrare tutiorem.

7 Certe procul hinc aufugerem, et in locis penitus desertis habitarem potius q̄ inter hos impios. Ita res habet.

8 Festinarem fuga saluti mee consulere, et subducere me a periculo venti vehementis, et tempestatis.

9 Perde domine, et finde linguas eorum scelere enim et seditione plenam offendi ciuitatem illam.

10 Die ac nocte cingent hec ciuitatem illam, non aliter quã menia ipsa ciuitatem solent: iniquitas et oppressio regnant in illa.

11 Nullum sceleris genus nõ regnat in medio ciuitatis illius, nec vlla platea ab impostura et dolo immunis est.

12 Non enim ex professo inimicus probro affecit me, tolerabile esset illud: neq; palam hostis erexit sese aduersum me, cuius vitare potuissem consortium.

13 Sed tu homo quem preferi rebꝰ meis, qui et veluti dux fuisti mihi, et arctissima familiaritate coniunctus.

14 Mutuo enim et suauiter secreta nostra cõmunicauimus, & in domo dei versati sumꝰ concorditer.

15 Inferet deus mortem de improuiso illis, descendent ad inferos viui, regnant enĩ nequitie in tabernaculis illorum, imo in ipsis penetralibus cordium illorum.

16 Ego vero contra horum insidias dei auxilium implorabo, nec dominus dedignabitur succurrere mihi.

17 Vespere, mane, & ipso meridie precabor, et solicitus ero quoad vocem meam audierit.

18 Restituet pacem anime mee, & liberabit eã a preliantibus contra me: quamuis plurimi sint, qui vndiq; oppugnant me.

19 Audiet deus, et suppliciũ de illis sumet is, qui minis illor nihil commouetur, sed sedet trãquillus et immutatus perpetuo. Ita res habet. illi interim digniſſimi sunt, qui pereant, nunc̃p eñ sceleratũ vite genus mutabunt, nec deum reuerebuntur vnquam.

20 Iniecit manum violentam in eum, cum quo pacem simulauerat, amicitie vinculo turpiter rupto.

21 Blandius fecit quisq; eorũ os suum lacte, quum tamen preliũ instituerent in animo: gratioliores vili sunt sermones eorũ quouis vnguento, quum re ipsa essent gladij.

22 Reisce in dominum sarcinã tuam, nec dubita quin ipse perfectur⁹ tibi sit omnia: qui nunquam sinet obrui iustum.

23 Tu interim domine precipitabis illos in puteum interitus: viri enim sanguinarij &

fraudulẽti nõ peruenięt ad dimidium vite: quarẽ ego spem meam oẽm collocabo in te.

Prefecto mulices, de columba muta, que procul auolauerat. Ipsius Dauid Michtam, quo tẽpore comprehenderunt ipsum Philistei in Gath. Psalmus 56.

1 MIserere mei deus, conculcare enim conatꝰ est me homo, qui assidue oppugnans vehementer affligit me.

Miserere mei deꝰ qui. Psalm. lv.

2 Conculcare conantur me hostes mei omni tẽpore, qui et plurimi sunt, et animo hostili persequuntur me o altissime.

3 Quocunq; tẽpore timor inuaserit me, ego ad te confugiam, nihil dubitans quin liberaturus me sis a malis.

4 Fretus benignitate dei, boni cõsulã quicquid ab illo immittitur mihi, in deo pslui fiduciam meam: quare non timebo, quicqd moliatur aduersum me caro.

5 Ipsi assidue quicquid vel dicerem, vel facerem, cãlumniabantur, studebant modis omnibus nocere mihi.

6 Conspirabant et insidiabantur ipsi: & vestigia mea obseruabant, studiose hoc agentes, vt capiant animam meam.

7 Erit ne hec iniquitas impunita ipsis? pequaquam. Sed veluti irat⁹ (quãuis tam sunt multi, vt populos equare numero possent) precipitabit eos deus.

8 Quam sepe fugere compulsus fuerim, tu diligenter numeraſti, collige queso lachrymas meas, et infunde in vitrum tuum, vt videas q̃ sunt multe, imo in libro rationũ tuarum scribe eas.

9 Tandem in fugam conuertentur inimici mei: quocunq; tempore implorauero auxilium, futurum scio vt deus adsit mihi.

10 Quare fretus benignitate dei, boni consulam quicquid accidat mihi: fretus inquam benignitate domini, equo animo ferã quicquid eueniat mihi.

11 Deo totũ me cõcredidi, quare nõ metuam quicquid moliatur aduersum me homo.

12 Constitui apud me o deꝰ sacrificia, que vouera m offerre tibi, que sic ploluam, vt accepta referam mea omnia tibi.

13 Eripuisti enim me e faucibus mortis certo certius, pedes meos tu cõtulisti, ne laberẽtur, et vires suppeditasti, vt possim ambulare coram te mi deus, illustratus lumine, quo solent qui viuunt perpetuo.

Prefecto mulices, ne perdas. Dauid Michtam, quo tempore fugiebat metu Saulis in speluncam.

Psalmus 57.

Miserere mei deus, miserere mei de te enim pendet anima mea, ptegar quelo sub vmbra alarum tuarum, quoad pterierit scelerum colluuies. Miserere mei deꝰ miserere mei. ꝓa.lvj.

1 Implorabo auxilium dei altissimi, dei illius qui perficiet que cepit in me.

2 Demisit e summo celo q eripiat me, et infamem faciat eum, qui conculcare conatur me. Ita fiet. dimittet inquam deus ꝓ̃ benignitate et fide sua aliquem ex alto, qui liberet me.

3 Uersari cogor ĩter leones potius q̃ homines, et dormire inter furiosos, et homines quorum dentes similes sunt lanceis et sagittis, et lingua gladio acuto.

4 Conspicuus appare e celo deus, & per vniuersam terram appareat quanta sit maiestas tua.

5 Rete expãderũt pedib⁹ meis, tãtũnõ irretitus fui illo, foderũt foueã in via p quã iturus erã, sed ipsi corruerunt in eãdẽ illã, quã foderãt in perniciẽ meã. Ita factum est.

7 Optime animat⁹ sum de⁹, optime inquã animatus sum, quare & voce cãtabo, & musicis instrumentis psalmos modulabor.

8 Expergiscere o anima mea, expergiscere. et propter te nablum & cithara. vt modulatione suaui vel ipsam exritem auroram.

9 Palam gratias agã tibi in frequentia populi domine, cãtabo laudes tuas, etiã apud hominum variarum nationum multitudinem maximam.

10 Tam est enim grandis misericordia tua, vt ad celos vsq; pertingat, et maior sit q̃ distantia hinc ad nubes tua in seruandis promissis constantia.

11 Cõspicuus appare e celo deus, et per vniuersam terrã fac appareat, quanta sit maiestas tua.

Psalus Dauid .58.

Si vere vtiq; iustitiã. Psalm. lvij.

1 Ita nunc res habet. vt vos quibus prouincia iudicãdi recte mãdata est, iustitiam loquamini, et que iusta sunt iudicetis vos posteri Ade.

2 Nihil profecto facitis minus, quum scelera animo struatis potestatem nacti in terra, quamuis iniquitatem manus vestre p equitate venditent, tanquam iusta statera

hos omnia expendatis.

3 Abetrauerunt,ab eo quod rectum est impijs, a tempore quo primum editi fuerunt in lucem,errare cuperunt,ab vtero matris loquentes fucata.

4 Venenum eorũ simile est veneno serpentis,et callidissime aspidis vitro obsurdescẽtis et obturantis aurem suam.

5 Vt nõ cogatur audire vocẽ eorum,q̃ murmure suaui fallere illam conantur,etiam si incantandi artibus sint instructissimi.

6 Deus comminue dentes eorum intra os eorum,dentes molares eorum quib⁹ leonũ catulis similes sunt,confringe domine.

7 Diffluant sicut aque natura labiles, sagitte quas iaculantur inter volandum cõfringantur.

8 Similes fiant limaci, qui inter repẽdum colliquescit, et abortiuo, vel talpe,que non videt solem.

9 Priusquam crescent spine vestre o impij in Rhamnum,in flore etatis veluti iratus dominus subuerteteum, qui dux est vester vna vobiscum.

10 Gaudebit iustus vt viderit vindictam,pedes suos madefaciet sanguine impij.

11 Et dicet quisquis viderit, vtiq; fructū sit feret iustitia tua, vtiq; est deꝰ iudex eorum, qui fiunt in terra.

Præfecto musices, ne perdas, Dauid Michtam, quū misisset Saul qui obseruarent domum eius, vt occiderent eum.

59.

Eripe me de inimicis meis. ps.lviij.

1 LIbera me ab inimicis meis mi deꝰ, et contra illos, qui insurgūt aduersum me, defende quæso me.

2 Libera me ab hominibus sceleratis, & cōtra sanguinarios tutare me.

3 Ecce enim est illorum hominum improbitas, vt mihi insonti insidias struxerint, et conspirauerit aduersum me ferocēs, quos ego nunquam vlla affeci iniuria, nec peccati quicquam in eos admisi.

4 Quamuis nulla re læsi sint a me, tamen currunt vt noceant mihi, et summo studio conantur perdere me: exurge domine in occursum mihi, et vide horum insaniam.

5 Tu ergo domine quum deus sis, & imperium habeas in omnes exercitus, et deus sis populi Israelitici, exurge vt visites vniuersas gētes, nec misereat te eorū, qui

sunt in malitia obdurati. Ita fiat.

6 Reuertentur ad vesperam, oblatrabũt tã-
quam canes, et ciuitatem circuibunt.

7 Ecce mira profecto, ore et labijs suis gla-
dios loquuntur, nec tamen quẽquam esse
putant, qui audiat.

8 Sed tu domine ridebis conatus eorum: et
subsannabis consilia gentium omnium.

9 Ut tribus illius aduersarijs mei ego te op-
ponam, qui protector meus es deus.

10 Deus p̃ sua benignitate muniet me: prius-
quam illi insultum facere possint in me: et
ostendet mihi in hostibus meis, qualia vi-
dere vellet quisquam in suis.

11 Ne occideris subito eos domine, ne pen-
sus in oblitionem veniat hec vltio tua po-
pulo meo: sed vagari coge illos de loco ad
locum, fortitudine tua pterne illos tu, qui
fortitudo es nostra domine.

12 Peccatum oris illorum: et sermo labiorũ
illorum merentur, vt ipsi illis eisdem fa-
stuosis verbis capiantur: abominationes
enim et mendacia, crepabunt assidue.

13 Finem impone iratus execrationibus il
lorum: sic finem impone: vt nulle sint am-
plius reliquie, et sciant tandem deum esse.

qui imperium habeat in Jacob, cuius posteri nō angustis (quemadmodum uolēt) limitibus continentur, sed omnes angulos terre compleuerunt. Ita res habet.

14 Conuertentur sub uesperam, latrabunt tanquam canes, et circumbunt ciuitatem.

15 Ipsi discurrent de loco ad locum, ut comparent victum sibi: & quia non famelici inuenient quo saturentur cubabunt.

16 Ego uero cantabo fortitudinem tuā cum exultatione, summo mane cātabo benignitatem tuam: fuisti enim protectio mihi, et refugium quo tempore periclitabar inter hostes meos.

17 Quicquid in me est roboris, tibi cantando acceptum feram: tu enim o deus protectio mea es: et tu deus author mihi es eius boni, quod in me est.

Quum bellum gereret cum Mesopotamiam incolentibus Syris, et cum ijs qui zabā inhabitabant, quo tēpore reuersus Joab percusserat ex Idumeorū exercitu in ualle Melech duodecim milia. 60.

Deus repulisti nos et. Psa. lix.

1 Deus qui auxilio tuo destituueras nos, et dispersueras nos, propterea q̄ ira-

tus fueras nobis, nunc tandem ira depositā, redi ad nos.

2 Commouisti grauiter terram, et veluti hiare fecisti eam: refice nunc tandem fissuras illius, vacillat enim.

3 Exhibuisti populo tuo spectacula durissima, potasti nos vino, non q̄ bibentes exhilaret, sed mestissimos faciat.

4 Dabis ijs qui reuerentur te vexillum, vt erigant illud contra hostes suos, et viso eo in fugam conuertantur: hoc enim facturū te pollicitus es. Ita res habet.

5 Vt eripiantur e periculis amici tui. tu dextera tua victoriam adfer, et respondē votis nostris.

6 Deꝰ promisit per spiritum sanctum suū het se facturum, quare ego serio exultabo: diuisurus enim sum p̄ meo arbitratu Sechem, et vallem Succoth tanquam meam dimetiar.

7 Ad me pertinebit Galaad, meus est Manasses, Ephraim fortitudo capitis mei. Iuda a consilijs et dux meus.

8 Moab olla ablutionis mihi, vlq̄ in Idumeam proferam calceum meum, et seruituti subijciam, Philistea si sapis ambi ami-

citiam meam.

9 Quis perducet me vsq; in ciuitatem mu-
nitam: quis me perducet vsq; in Idumeam:

10 Nonne tu deus qui auxilio tuo lõgo nos
tempore destitueras: nonne tu deus nunc
egredieris in prelium nobiscum: & dux eris
exercituum nostrorum:

11 Tu robur tribue nobis ad pellenda perí-
cula: vana est enim salus, que expectatur
ab homine.

12 Auxilio dei designabimus fortia: et ipse
conculcabit vniuersos, qui opprimere co-
nabuntur nos.

Ipsius Dauid 61.

Exaudi deus deprecationem meam. Psalm. lv.

1 Audi deus clamorem meũ, prebe au-
rem tuam precationi mee.

2 Et terra, que longissimo tractu a celo dis-
sidet, ad te clamabo: et in anxietate animi
constitutus orabo: vt veluti in rupem, ad
quam viribus meis pertingere non pote-
ro, perducas me.

3 Tu enim semper spes mea fuisti: et instar
turris munitissime, contra hostem.

4 Quare et habitabo in tabernaculo tuo se-
culis infinitis, et tutus ero sub vmbra ala-
rum tuarum. Ita fiet.

5 Tu enim deus exaudisti vota mea: et dedisti omnia, quibus opus habent ij, qui colunt nomen tuum.

6 Annos addes annis regis, quare anni vite illius erũt. nõ quales esse solent reliquorũ hominũ, sed generationum infinitarum.

7 Ut securus sedeat rex ille perpetuo in conspectu dei, benignitatem & stabilitatem para illi, vt ea seruent illum.

8 Sic fiet vt cantem nomẽ tuum perpetuo, & voueram vota persoluam assidue.

Psalmus Dauid 62.

1 Nonne deo subiecta erit, ps. lxj.

MEritò deum patienter expectat anima mea, ab ipso enim prouenit salus mihi.

2 Ipse enim est instar rupis mihi, salꝰ mea, firmamentum meum: quare nũquam inquietaborꝫ multum.

3 Quousque homines insani perderẽ conabimini eum, qui charꝰ est deo? ignari quod ipsi morꝫ subuertemini: qui iam nunc similes estis parieti ruinam minanti, et sepi tãtum non collapse.

4 Causa certe odij in virũ illũ ea fuit precipua, q̃ videbant illum auxilio dei crescere, hoc vt impedirent stulti, inito consilio

sane ridiculo,subuertere illū conabantur: & quasi falli posset deus, ore suo blandiebantur illi,quum animo vellent pessime.

5 Verum tu deū patienter expecta o anima mea:ipse enim tutabitur te cōtra horū insidias,et salutē quam expectas, adferet tibi.

6 Certo enim certius ipse est mihi instar rupis inaccesse hostibus meis, salus mea,firmamentum meum: quare nunquam loco meo mouebor.

7 In deo est sal⁹ mea,gloria mea, rupes fortissima ipse est mihi,& spes mea sita est i eo.

8 Habite illi omni tempore quicquid acciderit vobis, et quotquot vsq; estis populi effundite corda vestra, et omnia consilia veluti in sinum illius: q si feceritis, sentietis deū nobis omnibus adfuturū,et tutaturū nos contra oīm insidias. Ita res habet.

9 Videte ne spem vestram in vllo homine ponatis:sunt enim ipsissima vanitate homines,tam plebei quam principes:quod palam fieret,si appenderentur in bilance cum ipsa vanitate:plus enim pōderis inesse deprehenderetur vanitati ipsi,quam omnib⁹ illis in altum tamq; re leuissima sublatis.

10 Quare fidere nolite opib⁹ rapina partis.

neq; ob vires, quibus nunc aliis fortiores videmini, ad stultitiam vsq; vobis placueritis: quin potiꝰ diuitie absq; iniustitia parte, si copiose adfuerint, nolite vos animo illis affigere.

11 Unum quiddam locutus est deus, sed sepenumero illud audiui, solum deū esse qui possit omnia, et te dominum natura esse clementissimum: quare et malos male perdere potes, et tuos pro tua clementia perpetuo facere felices.

Psalmus Dauid quum esset ipse in deserto Iude. 63.

1 Deus, potentissimus mihi deus es tu, quare summo studio mane queram te: sitiuit enim te anima mea, desiderauit te caro mea in terra hac deserta, et propter inopiam aque, perpetue felicitatis damnata. Dc⁹ de⁹ me⁹ ad te ps. lxij.

2 Non aliter q̄ terra hec aquam desiderat, ego te in loco sanctitati tue destinato videre cupiui, et contemplari potentiam et maiestatem tuam.

3 Melior est enī benignitas, qua tuos prosequeris, ipsa hac corporis vita: quare labia mea nunquam desinent laudare te.

4 Hic mihi erit mos agendi gratia tibi, vt cum veneratione nominis tui ad omnia, q facturus sum, manus admoueam.

5 Non aliter q̃ si adipe et pinguedine veluti delicatissimis escis, tum saginabitur anima mea, quum labijs exultatione plenissimis laudes tuas detantabit os meum.

6 Quotiescunque memor factus fuero tui, etiam in lecto, quacunque noctis vigilia, animo cum gratiarum actione te voluam et reuoluam.

7 Huiusti enim auxilio sepissime mihi: quare veluti vmbra alarum tuarum cõtectus, securus posthac exultabo.

8 Quum cuperet adherere, tuon diuelli abs te anima mea, tu apprehendisti me manu tua, et iunxisti me tibi.

9 Illi autem aduersarij mei perdere studẽt me, verum ipsi citius in infima terre loca retrudentur.

10 Vbi eum qui dux fuit illorum proscindẽt acie gladij: dabuntur in predam sanguinarijs feris.

11 Ipse autẽ rex serio gaudebit se deum habere propitium. gloriabitur quisquis iurauerit in verba illius: obturabitur vero os

illorum.qui iactant inania.

Psalmus Dauid .64.

Exaudi orationem meam. ps.lxiij.

1 AUdi deus vocem commemorationis calamitatum mearum, vt contra minas, quibus hostis terret me, tuearis vitam meam.

2 A vlcõde me a multitudine prauorum, secreto consultantium aduersum me, et a cõspiratione sceleratorum.

3 Qui exacuerunt non aliter, q̃ exacui solẽt gladij, linguas suas: sagittis, quibus hostes capitales peti solent, similis factus est virulentus sermo illorum.

4 Vt eo petant ex insidijs insontẽ: de improuiso iaculis suis petent eũ, nec metuẽt futurum, vt quisquam rescisca hec et vindicet.

5 A animo obfirmato cõstituerunt inter se rẽ perpetrare exectabilem: post multa vltro citroq; habita verba, abscondere decreuerunt laqueos ea arte, vt neminem fraudem illã deprehensurum sibi persuaserint.

6 Excogitauerunt varios nocendi modos: absoluerunt consilia sua, et in vnum contulerunt quicquid vlla diligentia excogitari potuit ab animo humano, etiam summa prudentia predito.

7 Uerum hec omnia aduersus deum nihil faciunt: quin potius ille iaculabitur in eos sagittas de improuiso: uariis uulneribus confitiet eos.

8 Et exprobrauerunt hec uidentes eandem eis illam linguam pirulentam, quam ipsi in alios exacuerant: attoniti facti sunt, propter subitum illorum casum, quotquot aderant spectatores.

9 Admirabuntur quicunq; uiderunt, et cõmemorabunt opus hoc dei aliis, qui et alia eius opera hoc exemplo docti maiore prudẽtia expendent.

10 Gaudebit iustus quod propitium habeat dominum: securus enim erit protectione illius, et gloriabuntur quotquot candido sunt pectore.

Psalmus Dauid. 65.

Te decet hymnus deꝰ. Psal. lxxij.

1 Te manet laus, qui deus es in Sion, et tibi persoluetur votum.

2 Propterea q; tu audis preces supplicum: ad te omnis generis homines quantumuis carnales confluent.

3 Grauissime iniq̃tates nostre superauerũt uires cuiusq; nostrũ: quare pro peccatis nostris, ut ipse tu satisfacias necesse est.

4 Felix modis omnibus ille, quem tu elegeris, et tibi propinquum feceris: habitabit enim ille in atrijs tuis, et nos bna perfruemur elegantia domus tue, et sanctimonia regij palatij tui. Dictu mirabile, cum simꝰ peccatores, tanquam iustos exaudies nos deus author salutis nostre, qui spes omniũ finium es terre, et maris extremas oras incolentium.

5 Deus est, qui sua propria potẽtia stabiles facit montes, qui omni ex parte cinctus est robore, et modis omnibus omnipotens.

6 Qui quoties bult, compescit tempestatẽ, qui exagitantur maria, et qua sese attollũt basti fluctus illorum: et tumultum quantumuis multorum populorum ipse sedat quum bult.

7 Dum beneratione timebũt, quotquot habitant bltis in angulis terre: a signis tuis celestibus, et illorũ matutino exortu, et bespertino occasu exhilarabis eos.

8 Inuisisti ipsam terram, et irrigasti eã: et barijs modis ditasti eam: diuersa enim illa flumina benignitate tua, o deus plena erũt aquis, et curabis bt copiose prouenιat e terra pabulum illis, que degũt in ea: bber

enim terre prouentus propritius est gna-
tus eius.

10 Quare sulcos eius humecta, et glebas eȳ
occa, imbribus mollem redde eam.

11 Tu ãquam corona exornasti annum pro be-
nignitate tua, quacunque iueris appare-
bunt in vestigijs tuis signa fertilitatis ma-
xime: quin et habitacula deserti vbertate
perfruentur, & colles letissimo gramine ex-
ornabis.

12 Uestient gramine pascua gregem, et val-
les abundantes frumento exhilarabunt se-
se, et cantillabunt.

Psalmus 66.

Jubila te deo oio terra Psal. lxv.

1 Letitie signa edite in honorem dei,
quotquot terram incolitis.

2 Cantate maiestatem nominis eȳ, palam
facite. q̄ sit magnifica digna laude.

3 Dicite de deo, q̄ suscipiendus es ꝑpter ope
ra tua: magnitudine potẽtie tue mendaces
palam deprehendentur fuisse in te hostes,
qui diuinitatem non tribuebant tibi.

4 Uniuersa terra adorabit te, & psalmos cã-
tabit in laudem tuam: carminibȳ celebre fa-
ciet nomen tuum. Jta fiet.

5 Uenite conlyderate opera dei, et perpen-

dite, & admirando consilio genus humanum gubernet.

6 Hecit enim vbi paulo ante fuerat ingens mare, ibi terrã nũc extare aridã: & vbi ingẽs antea fluuius fuerat, vt ibi cõtinuo post licet licuerit trãsire pedibus: que res incredibili nobis, in quorũ gratiam id fecerat, gaudio fuit, et in amorem illius nos accendit.

7 Imperiũ habet non ab alio, sed a se, in totũ orbem: oculi eius diligenter obseruant, que fiunt in singulis nationibus: desertores dei non exaltabuntur, quamuis diuersum ipsi sibi persuaserint. Ita res habet.

8 Extollite laudibus quotquot estis populi deum hunc nostrũ: et facite vt ad quam plurimos perueniant preconia laudum eius.

9 Qui conseruauit nos in vita: nec permisit vacillare pedes nostros.

10 Quamuis probaueris nos deus, et examinaueris nos, quomodo argẽtum igne examinari solet.

11 Et induxeris nos in laqueũ, immiseris afflictionem, et molestiam i lumbos nostros.

12 Et tinuexeris nihili hoiem in caput nostrũ, et peruenerimus vlq; in ignẽ, & in aquam: tandẽ tamen ex omnibus his eripuisti nos,

et perduxisti nos in locum, vbi omnium rerum copia est summa.

13 Quare ingrediar domum tuam, cum holocaustomatis, persoluam tibi que vouerã. quum in malis versarer.

14 Que distincte promisi labijs meis: et que locutus sum ore meo, quo tempore male erat mihi.

15 Holocausta pinguium offerã tibi: & cũ suffitu arietes, boues mactabo cum hircis.

16 Venite & audite, vt enarrem cũctis qui timent deum, quanta fecerit anime mee.

17 Ad ipsum ore meo clamaui, et cõtinuo animus meus lingue eius beneficio respõdens, laudibus extulit illum.

18 Iniquitatis si sibi animus meus cõscius fuerit, non audiet me dominus.

19 Certe audiuit me deus, et aures prebuit precationi mee.

20 Omni laude maior est deus, qui non reiecit precationem meam: nec benignitate sua destituit me.

Psalmus 67.

Deus misereat. ipse autẽ. lxvj.

1 Deus miserebitur nostri, & benefaciet nobis: palam lucere faciet fauorem vultus sui erga nos. Ita fiet.

2 Ut cognoscamus viã, qua itur ad te de⁹, beneficium videlicet illud redemptionis, qđ impendisti vniuersis gentibus.

3 Accepta tibi referẽt oia sua populi de⁹: accepta referent tibi sua populi vniuersi.

4 Gaudebunt et letabuntur populi, propter eã quod tu iudex eris eõrum equissimus: et omnium qui in terra degunt, tu te ducẽ prebebis. Ita fiet.

5 Accepta tibi referent oia sua populi deus: accepta referent tibi sua populi vniuersi.

6 Terra protulit frumentum suum, & benedicet nobis amplius adhuc deus, deus alle omnium nostrum.

7 Sic benedicet nobis deus, vt exemplo nostro iuitati, religiose illum culturi sint vniuersi anguli terre.

Psalmus Dauid 68.

Exurgat de⁹ et dissipentur. Psalm. lxvij.

1 Vbi exurrexerit deus, subito dissipabuntur hostes illius: et in fugã conuertentur, qui odio habuerunt illum, ad solum conspectum illius.

2 Sicut sine negocio dispergitur a vento fumus, ita disperge illos tu: & sicut liquefit cera igni adhibita, sic peribunt impij aduentante deo.

3 At contrario gaudebunt iusti, et serjo exultabunt.

4 Cantate deum, et psallite in honorem nominis illius: extollite illum, qui pro vehiculo vtitur nubibus, cui proprium nomẽ seruator deus: quare exultate recepti in gratiam illius.

5 Pater enim est pupillorũ, et iudex viduarũ, etiã si sit in celo habitaculo sanctitatis sue, et longe videatur dissitus a nobis.

6 Deus facit, vt qui paulo ante fuerant soli sine liberis, nunc habeant domum familia plenissimam: in libertatem asserit, qui vincti fuerant compedibus ferreis: desertores interim dei in locis aridis habitabunt rerum omnium inopia laborantes.

7 Deus quum tu proires populo tuo, et gradereris per solitudinem. Quod certo certius factum est.

8 Terra commota est, celi sudauerunt, propter presentiam maiestatis tue o deus, quin et hic Synai contremuit propter presentem maiestatem tuam o deꝰ, deus inquam Israelis.

9 Pluuiam copiosissimam effundes o deꝰ, et hereditatem tuã, licet afflictam, tu stabilies.

10 Multitudo tuorum requiescet in loco, quē tu dēlignabis ei: suppetias feres pro benignitate tua pauperi deus.

11 Dominus suppeditabit efficacem sermonem annunciatricibus potentie illius admirabilis et maxime.

12 Reges potentissimi fugiēt, fugiēt inquā, et fideles domestici diuident spolium.

13 Si huc vsq; inter fuligine obductas ollas iacuistis, et tā atri q̄ carbo facti estis: eritis posthac tā cādidi, q̄ ale alicui⁹ colūbe, etiā si argento exornata fuerit, et penne illius eleganter admixtum habeant auri pallorem.

14 Quum distribueris o omnipotens per varias prouincias, qui regant eam, tum candidiorem reddes eam niue, que huc usq; versata est in obscuro.

15 Mons dei, mons Balan, mons est in varia assurgens iuga, mons Balan.

16 Quare inuidetis reliqui quantumuis eminenti montes monti huic, quem elegit deus, vt inhabitet eum? profecto dominus hunc montem inhabitabit perpetuo.

17 Equitatis dei centenorū est milliū, habet et angelorū milia, quibus comitatus nunc huic monti adest domin⁹, sicut olim Synai

cum sanctimonia.

18 Ascendisti in altum, asseruisti eos tibi, qui olim a diabolo captiui detinebantur, acquisiuisti varia dona posteris Ade: quin et rebelles plurimos, et dei penitus ignaros in gratiã recepisti, vt vere dici nunc possit, habitare inter homines te seruatorem deum.

19 Quare dignus est qui laudibus extollatur dominus absq; vlla intermissione, qui tam est in nos beneficus, vt onerare nos vberi merito possit, omnipotens ille deus, beneficijs suis. Ita res habet.

20 Omnipotens ille deus nobis, quos elegit, deus est omnimode salutis author: in potestate enim domini est, quemcunq; voluerit a morte eripere.

21 Proculdubio deus vulnerabit caput inimicorum suorum, findet caput eius, qui perdurat in peccatis suis obstinatus.

22 Dixit dns, expellã ex Balan hostes meos, extraham eos ex insulis, quas occupant in profundissimo mari sitas.

23 Sic pellam eos illinc, vt pes tuus conspergatur illorum sanguine, et lingua canum tuorum sanguinem inimicorum lambat ab ipso domino interfectorum.

24 Uiderunt pij hos successus, et agnouerũt eos esse abs te: successus inquam illos esse agnouerunt abs te, qui deus meus es, & rex meus insigni sanctimonia præditus.

25 Præcesserunt quum gratiæ tibi pro victoria agerentur, hi qui voce canunt: hos continuo sequebantur, qui instrumentis ludebant mulicis: cingebant autem eos undiq; puellæ tympana pulsantes.

26 In frequẽtia hominũ laudibus extulerũt deum, dominũ laudauerunt posteri Jacob, qui emanauerunt veluti e fonte Israelis.

27 Ibi Beniamin paruulus sopore correptus, principes Juda ornamẽtum illorum, principes zabulon, et principes Nephthalim.

28 Constituit deus tuus robur addere tibi, quare perge quesumus cõfirmare hoc deus, quod cepisti in nobis.

29 Aliter lõge et magnificẽtius, quam olim in templo Hierosolymitano, offerent tibi munera reges.

30 Hasta multitudinem lancea armatam, et turbam eorũ, qui robustiores habentur inter potentum filios, qui et vitulorum more lasciuiunt, donec facti supplices tributa tibi pendere cupiant: funditus autem perde

populos, qui bella desyderant.

31 Uenient vitro optimates ex Egypto, Ethiopia festinabit porrigere manus suas deo, et fedus inire cupient cum eo.

32 Regna vniuersa terra cantate deum, et quam sit dominꝰ omni laude dignus, carminibus testamini Ita fiat.

33 Dominus qui celis celorum a tempore, quo conditi sunt, veluti pro vehiculo vtitur: ille tribuet voci sue vocẽ fortitudinis et verbis suis addet pondus.

34 Tribuite fortitudinem deo: in israel eñ apparet, quanti faciendus sit, et potẽtiam illius testantur nubes.

35 Admiratione dignus es o deus, propter hanc habitationum tuarũ mutationem: deus Israelis ille tribuet robur, et vires ppło. quare nũq̃ laudari satis poterit deꝰ.

Dauid 69.

Saluũ me fac dñe qñ intrauerunt. 2 ps. lxvij.

1 Serua me deus, quia peruenerunt vnde malorum vsq; ad aiam meã.

2 Demersus sum in lutum, quod fundo penitus caret, et decidi in profundissimas aquas: tempestas enim subito exorta fluctibus suis inuoluit me.

3 Defatigatꝰ sũ clamãdo, exaruit guttur

meũ: destituerũt me oculi mei, dũ expecto ad uẽtũ illi⁹ dei, cui⁹ auxiliũ expt⁹ sum toties.

4 Plures sũt, q̃ capilli capitis mei, qui odio persequũtur me sine causa, et totis viribus conãtur subuertere me, q̃ hostes facti sunt sine causa mihi: quoꝝũ furoꝛẽ nisi cõpescueris, tanq̃ rapuerim que illoꝝũ sunt, quum nihil fecerim minus, restituere tñ cogar ea.

5 Deus tu nosti stultitiam meam, et peccata mea non latent te.

6 Non pudefiant queso propter meũ infoꝛtunium, qui expectãt patienter te dñe: deus imperium habens in omnes exercitus, nõ suffundantur pudoꝛe propter persecutionẽ quam patioꝛ, illi qui studiose ambiunt amicitiam tuam deus Israelis.

7 Quo eñ iussu hãc talẽ pertuli ignominiã, vt texerit totã faciem meã infamis pudoꝛ.

8 Homo sceleratus et in extremas deportãdus terras, visus sum fratrib⁹ meis: & veluti indignus, qui cũ bonis cõsuetudinẽ habeam, visus sum filijs matris mee.

9 Zelus enim domus tue comedit me, quia summo studio conatus sum tueri maiestatem tuam: idcirco pꝛobꝛa, quibus pꝛobꝛo se affecerũt te, tam me habebant male, quam

si ipse ego probris illis affectus essem.

10 Si quando fletu, et ieiunio affligebam me. ipsi probro verterunt id mihi.

11 Vtebar pro veste sacco, et factꝰ sum etiam ob hoc fabula illis.

12 Pessime loquebantur de me sedẽtes in porta primores ciuitatis: carmina componebãt de me, qui potabant vinum in tabernis.

13 Ego contra hec omnia nihil aliud quam precatione mea apud te hac egi, vt cito adueniat tempus, quo tibi libeat succurrere mihi: miserꝰ p infinita misericordia tua exaudi me, et pro fide tua, qua salutem te allaturum pollicitus es, succurre mihi.

14 Eripe me e luto priusquam penitus demergar: liberer queso ab his, qui odio prosequuntur me: nec malis veluti profundissimo mari, obrui sinas me.

15 Ne inuoluant me amplius fluctus aquarum, neqꝫ absorbeat me profundum: neque concludat me puteus cooperculo suo.

16 Exaudi me domine, copiosissima est enim benignitas tua, quare pro multitudine miserationum tuarum respice me.

17 Nec auertas faciem tuam a seruo tuo, sed quia grauissime affligor, festina respon-

re hoto meo.

18 Appropinqua ad animam meam,redime eam:et vt succurras mihi, inimicorũ meorum te moueant blasphemie.

19 Tu nosti vtiq; quibus probris, quo pudore,quaq; ignominia afficiant me, hi tanto numero persecutores mei.

20 Assidua cõtumelia fregit animum mihi, et egrum fecit totum me: expectabam qui misericordia motus consolaretur, sed nullus aduenit, aut qui egrum animum nonnihil recrearet,sed nullum inueni.

21 Porrexerunt pro cibo mihi fel,et cum sitirem pro potu mihi obtulerunt acetum.

22 Apponatur huiusmodi prandium ipsis, et alligentur illi prandio ne possint effugere: hostie quibus placari solet deus, magis inuisos reddant illos.

23 Obscurent oculi eor ne videant, & lumbos eorum magis et magis viribus destitue.

24 Effunde in eos indignationem tuã, et vehementi cum ira apprehende illos.

25 Palatia eorum fiant deserta,et in tabernaculis eorum,nõ sit quisquam qui inhabitet.

26 Quia quem tu percusseras, ipsi persequebantur, et grauitatem vulnerum, quibus

tu vulneraueras me, alijs cum voluptate narrabant.

27 Appone eos ab iniquitate in iniquitatem, nec eo vnquam perueniant, vt participes fiant iustitie tue.

28 Deleãtur de libro viuentium, et numero sanctorum non adscribantur.

29 Interim ego pauper sum, et merore affectus, salus tua deus sustentet quelo me.

30 Laudabo nomen dei carmine, et extollam illud cum gratiarum actione.

31 Gratius enim id erit deo, quam si bouem offeram, aut vitulum cornua producẽtem, et vngulas.

32 Viderunt pauperes et letati sunt, quotquot estis sectatores dei, viuet certo certius anima vestra.

33 Audit enim pauperes dominꝰ, et eos qui causa illius vincti sunt non despexit.

34 Laudabũt eum celi et terra, maria et quecunqꝫ natant in eis.

35 Deus enim saluam faciet Sion, et reedificabit ciuitates Jude, et habitabunt illic, et hereditario iure possidebunt eas.

36 Et semen seruorum illius possidebit eas: et qui amatores sunt nominis illius pacifi-

ce habitabunt in eis.

Dauid 70.

Deꝰ ad tutorium meum. Psalm. lxix.

1 DEus vt e malis eripias me, domine vt auxilieris mihi, festina.

2 Pudefiant et infamia notentur, qui perdere cupiunt animam meam, cõuertantur in fugam et pudore suffundãtur, quotquot optant malum mihi.

3 Conuertantur in fugam, & quantum merentur pudefiant, quotquot malo meo gaudentes dicunt, euge, euge.

4 Gaudeant vero et letent, quod te propitiũ habeant quotquot sectatores sunt tui: & dicant assidue magnificat deus, quotquot desyderant salutis tue fieri participes.

5 Ego vero pauper sum & egenus, mi deus festina succurrere mihi: auxiliũ enim meũ et seruator meus es tu, quare ne differas quesο domine diutius.

71.

In te dñe speraui. Psalm. lxx.

1 IN te domine sita est oĩs spes mea, quare ne sinas quesο, vt ea spe frustrer vnquam.

2 Tua iustitia eripe me e malis, & libera me prebe aurem tuam mihi, et salutis tue participem fac me.

3 Sis mihi instar rupis munitissime, vt ingiter tuto obambulare possim: decreuisti enī seruare me, quum petra mea sis et munitio mea.

4 Mi deus eripe me a tyrannide impij, e manu iniqua agentis et violenti.

5 Quia tu fuisti semper spes mea domine deus, et fiducia mea ab ipsa infantia vsq; in etatem hanc.

6 Tuo presidio sustentatus sum a tempore quo in vtero concipiebar, ab ipsis visceribus matris tu auulsisti me: quare in laudādō te merito sum occupatus assidue.

7 Tanquā rem prodigiosam fugerunt me plurimi, sed tu mihi fiduciam tribuisti firmissimam.

8 Quare pleno ore laudabo te, et omni tempore maiestatem tuam cantabo.

9 Ne abieceris me tempore senectutis, et quum destituere me ceperint vires, ne deseruēris me.

10 Iam nunc enim ceperunt de me loqui hostes mei, et vt insidias struant mihi conspirauerunt inter se.

11 Dicunt enim, deus deseruit eum, si persequamini comprehendetis eum: nec quēquā

habet, qui conabitur eum e manib⁹ vestris eripere.

12 Deus ne procul discesseris a me, mi deus festina succurrere mihi.

13 Pudefiant, et absumantur, qui aduersantur mihi, contegantur vndiq; pudore, & infamia quotquot studẽt afficere malo me.

14 Ego interim assidue et patienter expectabo, et maiore studio q̃ ante hac vnq̃, cantandis laudibus tuis incumbam.

15 Os meum commemorabit integritatem tuam, et salutem mihi abs te allatam, quãuis tot extent in me et tãta beneficia, vt nũmerum ignorem.

16 Quicquid vnq̃ aggrediar, fret⁹ omnipotẽtia domini dei aggrediar: in memoriam reuocabo omnibus, et celebrem faciam integritatem tuam, tuam inquam solus.

17 Deus docuit me ab ineunte etate vsq; nũc, quare nũq̃ desinã palã facere, que designasti tu plurima et admiratione dignissima.

18 Neq; ergo in senio, neq; etate decrepita deseras me, quin adsis potius sicut hucusq;, quoad indicauero brachium tuum mee etatis hominibus, et vniuerse posteritati omnipotentiam tuam.

19 Et iustitiam tuam deus laudib⁹ in altum extulero: qui delignasti maxima, deus quis conferendus tecum?

20 Qui afflixisti me afflictionibus multis et molestijs, sed reuers⁹ ad me ira depolita animum restituisti mihi, vt veluti e barathro terre, placator factus, extraxisti me.

21 Auxisti potentiam meam: et reuersus ad me clementissime tractasti me.

22 Quare ego te laudib⁹ efferã: et nablo musico instrumento constantiã tuã in promissis mi deus: et psallam in honorem tuum cithara, qui sanctificator es Israelis.

23 Exultabunt labia mea vbi psallere cepero tibi, et anima mea multo magis, quam liberasti a malis omnibus:

24 Quin et lingua mea exercebit se sedulo in cantanda iustitia tua: erubuerunt enim, et infames facti sunt, quotquot studuerũt incommodare mihi.

Pro Salomone 72.

Deus iudicũ tuum regi da. Psal. lxxj.

1 Deus iudicãdi scõm te formulas regi da, et equitatis studium filio regis.

2 Vt possit iudicare populum tuum secundum equitatem, et pauperes tue cure relictos cum iudicio.

3 Adferant primores, qui montibus similes videntur, pacem populo: et colles comitetur iustitia.

4 Patrocinetur pauperibus, qui sunt plurimi in populo, liberet a calumnia egenos, et perdat calumniatorem.

5 Reuereantur te (o rex) quoad sol lumen suum prebuerit mortalibus, et luna seculis cunctis.

6 Sit aduentus eius tam gratus, quam est pluuia decidens de celo super frumentum recens demissum, et imbres irrigantes sitientem terram.

7 Floreat temporibus illius iustus, et summa sit pax, que duret vltra lunam.

8 Et dominetur a mari vsq; ad mare, imo ab oceano orientali vsq; ad extremos Occidentis fines.

9 Prouoluant se ante ipsum Ethiopes, hostes vero illius prostrati mordicus terram corripiant.

10 Reges Tharsis, et qui insulas inhabitãt, munera offerãt illi: reges Arabum et Saborum tributa pendant.

11 Et adorent illum quotquot vlquam sunt reges, orbis totus seruiat illi.

12 Futurus enim est equissimus: et liberabit e malis egenum, auxilium illius implorãtẽ, et pauperẽ humano prẽsidio destitutũ.

13 Pius erit in pauperem et egenum, et animas egenorum beabit.

14 Ab vsuris et iniqtate redimet animas eorum, nec temere fundi sinet sanguinẽ illorũ.

15 Viuet cum rege illo pauper, & participem faciet eum auri Arabici, et orabit pro assidue, nullo non tẽpore beneficus erit in eum.

16 Ex paucis granis in terram proiectis, etiã si in cacumine montium satio fiat, maxima prouenient messis: & excrescet frumentum illud in eam altitudinem, vt si vento agitetur strepidum excitent aristę plene, qualem altissime cedri in monte Libano solent: florebũt insuper ciues, et multiplicabuntur in ciuitate, quẽadmodũ herba solet in agris.

17 Erit nomen illius celebre perpetuo priusq̃ enim esset sol, ab eterno filius erat nomen illi: felices se fatebuntur beneficio illius vniuersę nationes, et beatum illum pre omnibus predicabunt.

18 Dignus, omni laude dominus deus, deus inquam Israelis: qui facit incomprehensibilia suis viribus, non adiutus alienis.

19 Et dignum omni laude nomen illud magnificum filij ipsius perpetuo: quare replebitur maiestate nominis illius vniuersa terra Ita fiet. Ita fiet.

20 Hec vt venerent summa fuit votorum ipsius Dauid filij Jesse.

Finis secundi libri.

Psalmus Asaph. 73.

1 QUamuis certissimum sit, nūquam non esse beneficum deū in Jsraelē, hoc est illos qui candido sunt pectore. Quā bonus israel deus. ps. lxxiij.

2 Mihi tamen hoc accidit absurdi, vt quum mei pene oblitus essem, tantum non labi cuperint pedes mei: et quemadmodum accidere solet his, qui per lubrica ambulant, effuso gressu collapsus fuerim.

3 In causa vero fuit, q extādescere ceperim ineos, qui ebrietate fortune ad insaniā vsq; sibi placent, et quod viderem pacata esse impiorum omnia.

4 Tota enim vita non solum fortunata illis omnia fuerunt: sed et in morte illis accidere solet, vt etate defecti sine longo cruciatu extinguantur, et palatia relinquant regia heredibus suis.

5 A molestijs, quibus ex ipsa cōditione ho-

mo fragilis obnoxius est, liberi esse videntur: nec sicut reliqui hoies, flagellis a malo deterrentur.

6 Hinc fit, vt superbia possideat eos totos, et quemadmodum vestis totum hominem tegere solet, ita iniquitas habeat totos inuolutos illos.

7 Vix apparēt pre pinguedine oculi eorum: supra quam sperauerant omnia illis prospere euenuunt.

8 Terrori sunt obuijs omnibus propter potentiam illorum, que eo excreuit, vt scelera sua et vim, qua opprimunt miseros, latere non cupiant, sed palam loquantur, & sese ob huiusmodi iactent: neq; pudeat illos ipsum deum (quamuis supra omnia sit) virulēta lingua lacessere.

9 Cum qui celos habitat ore blasphemo irritare audent, et lingua illorum virulenta, per eos qui terram incolunt, obambulant.

10 Propter huiusmodi fluctuabit populꝰ dei, nunc hoc nūc illud in animo versans: et hec veluti aque amarissime pleno calice obtrudentur illis vt bibant.

11 Illi interim ridentes dicere audebunt, nouit ne hec deus et patitur: credendum ne est

prouidentiam esse in altissimo:

12 Ecce eiusmodi impij, et in hoc mundo felices, assecuti sunt robur et diuitias.

13 Profecto ego frustra operã dedisse video? vt candido essem pectore, et abluerem aqua munda sordes a manibus meis.

14 Flagellabar enim assidue ab impijs, & increpatio mei summo mane cepit.

15 Si tentaui recensere quomodo fieri videbam hec ab impijs, non potui non iudicare miseros, quos tu tamen pro filijs habes.

16 Et si rationem horum inuenire conabar, ipsa rei difficultas desistere coegit me.

17 Deprehendi enim me non inuẽturũ quod querebam, priusq; ingressus essem sanctuaria, que tu deus inhabitas: tunc enim intelligam rem ipsam, quum videro, quem finẽ habituri sint impij, qui hic videbantur felices, et pij, quos hic opprimebant illi.

18 Profecto sunt lubrica et fluxa, que dedisti illis, quibus tantopere placent sibi: precipites dabis illos, & corruẽt in extremas miserias.

19 Quã subita calamitate oppressi sunt, perierunt, subitisq; terroribus exterriti in nihilum redacti sunt.

20 Quemadmodũ somni (quantumuis dor-

mienti gratus fuerit) reliquum nihil est, vbi quis vigilfactus fuerit: ita eorum, quibus hic se felices putabant, reliquum illis nihil erit, quin potius tu domine in ciuitate etiam imagines illorum contemptibiles omnibus reddes.

21 Interim veluti acore quodã macerabit se cor meũ, et torquebo me cogitatiõib⁹ meis.

22 Propterea quod veluti omniũ rerũ ignarus, hec non satis intelligere potuerim: et veluti brutis similis in expendendis consilijs tuis fuerim.

23 Ego tamen (quamuis id nõ appareret) semper cure fui tibi, et apprehensam semp habuisti manum dexteram meam.

24 Et tuo consilio quacunq; eundum mihi est set veluti comes itineris fuisti, et me tandem maiestatis tue participem ad te recipies.

25 Deficere videbatur caro mea, et cor meũ, sed tu quum maxime infirm⁹ viderer plurimum roboris addebas animo meo: quare te partium mearum cõfido futurũ deus perpetuo.

26 Et cõtrario certo certius, qui a te procul recedunt, interibũt, perdes omnem illum, qui te deserto aliud prefert tibi.

27 Quare ego quum mihi persuasissem vtilissimum esse, amicitiam cum deo vero inire, collocaui in domino deo omnem fiduciã meam, futurum sperans: vt ille mihi facultatẽ det cõscribẽdi varia illa & summo artificio absoluta opera, que facit assidue.

Psalmus Asaph 74.

1 Quid quelo deꝰ sibi vult hec tam diuturna calamitas, desores ne nos ꝑpetuo? nec finem facies exardescendi in gregem, qui tue solius cure vt illum pascas cõmissus est. Vt quid deꝰ repulisti i finẽ. Ps. lxxiij.

2 Recordare multitudinis, quam olim vt ꝓprie tua esset, conquisiuisti tibi, quam et redemisti e seruitute durissima, vt imperium in eã acciperes, veluti hereditario iure tuũ, et in montem hunc Sion, quem ipse ad inhabitandum elegisti tibi.

3 Erige te in pedes, vt obuiam hostibꝰ ꝓfectus, malis illos afficias nũquam finiendis: nihil enim non ausi sunt in templũ sanctitati tue consecratum.

4 Sublata enim voce clamauerunt aduersarij tui victores ipsis festis tuis solennibꝰ, non aliter quam pij solent ꝓpre gaudio cantare in honorem tuum, erexerunt vexilla

sua in tropheum.

5 Palam videntibus cunctis ascenderunt vastaturi templum tuum, nō aliter quam syluam lignorum ingressi, arbores truncare solent.

6 Iam nunc hoc agunt, vt ianuas et omnem penitus ornatum illius securi et malleis perdant.

7 Immiserunt ignē in omnia loca tue maiestati consecrata in terram vsq; in sacrilegi prostrauerūt habitaculum nominis tui.

8 Statuerūt apud se subuertere penitus omnia quod et factum est: exusserunt ēnim tēplum tuum deus, ad quod statis anni temporibus concurrere solent diem tibi festum celebraturi, qui deguntin terra.

9 Signa liberatiōis ab his malis adhuc nulla apparent, nec vllus est propheta, nec quēquam dedisti nobis, qui scire possit quando horum sperare liceat finem.

10 Quousq; feres o deus, contumeliosum inte aduersarium, et inimicū blasphemum in maiestatem nominis tui, perpetuo ne?

11 Quare contrahis vtramq; manum, sinistram et dexteram tuā instar hominis ociosi? profer quesо tandem eam e sinu tuo, et

perde hos impios in te homines funditus.

12 Certe ille deus rex mihi fuit a seculis plurimis, qui inumeris argumẽtis palã ostẽdit in medio huius terre vires sibi nõ deesse, quibus seruet quoscunq; voluerit.

13 Tu enim omnipotentia tua olim secuisti mare, vt locus esset transeundi tuis: confregisti capita illorum, qui draconibus immanitate similes erant, eisdem in aquis p quas tuos perduxeras saluos.

14 Et registi vires illius, qui similis videbatur draconi maximo, et capita trahenti plurima: obiecisti eum deuorãdum feris & coruis, qui in desertis locis versari solẽt, et vi-ctitare cadaueribus.

15 Tu aperuisti aridam petram, et eduxisti ex ea aquam tanquam ex fonte, tam copiosam vt in iustum flumen excreuerit: & contrario rapidissimos fluuios exiccasti, quoties ita tibi visum fuit.

16 Ate est vicissitudo hec dierũ et noctiũ, qbꝰ tu eleganter, vt prælint, distribuisti p natura vtriusq;, lunam videlicet et reliquarum stellarum lumen nocti, et solem diei.

17 Per te stabiles sunt vsq; illi anguli terre: estatem ab hyeme tu discreuisti.

18 Habe rationem huius tam inlignis contumelie: hostis enim ille non solum affligit nos, sed et dominum te, assidue afficit contumelia, et populus stolidus execratur nomen tuum.

19 Ne obieceris multitudini hostium turturem tuã, et multitudinis pauperũ tue solucure relictorum ne obliuiscaris perpetuo.

20 Respice ad fedus, quod cum patribus pepegisti: eo enim malorum peruenimus, vt in teterrimis locis, et veluti subterraneis, et obscuritatib⁹ plenissimis degere mesti cogamur: nec he tamen domus ab iniuria et insultibus hostium immunes sunt.

21 Ne abire quelo cogatur pauper suffusus pudore: pauper enim humano auxilio destitutus, non diuites isti, ad te confugiet, & nomen tuum laudibus celebre faciet.

22 Exurge domine & tracta tuam ipsius causam: in memoriam reuoca, qua sis contumelia affect⁹ a populo ad impietatẽ vsq; stolido, non semel atq; iterum, sed assidue.

23 Ne obliuioni dederis impias voces aduersariorum, nõ tam nostrorũ quam tuorũ: cõtumeliosa enim vociferatio eorũ, qui se opponunt tibi, assidue fit maior et maior.

Psalmus Alaph 75.

1 LAudibus extollere cepimus te deus, laudibus inquam extollere te cepimus: et pro beneficijs acceptis gratias agere: et continuo sensimus presentiam nominis tui: quare commemorabunt quotquot viderunt, quam mirris modis nobis affueris contra hostes nostros. Cõfitebimur tibi deus. Psalm. lxxiij.

2 Vbi ego inquit dominus, tempus statuero mihi, quoque iusta sunt exequar.

3 Terra sentiet iram meã, et pre metu exanimabuntur, quotquot habitabunt in ea, cuius ego fundamenta ieci, et veluti in cõlumnis stabilui: quare & cõcutere eam difficile mihi non erit. Ita res habet.

4 Sepe admonui stultos, ne ad insaniã vlq; ineptirent: et impios, ne nimium erigerẽt cristas suas.

5 Dicebam enim ad illos, nolite erigere cõtra deum, qui in celo habitat, cornu vestrũ, neq; loquamini ceruice erecta contumeliose de illo.

6 Quia neq; ab Oriente, neq; ab Occidente, neq; ab Austro cuiquam cõtinget, quod soli de magnum facere poterit illum.

7 Sed deus iustus iudex, ille solus deponit,

et ad nihilum redigit, & contrario eriget in altum quẽcunq; voluerit.

8 Habet enim dominus in manu poculum, in quo pulchre rubet vinum: sed cui plurimum est fecis admixtum: ex hoc porriget meracum piis, fecem vero noxiam exugere, imo epotare coget impios omnes, quantumuis degant in terra multi.

9 Interim ego operam dabo, vt hec diuina equitas nota fiat subsequẽtium seculorum hominibus: psalmos conscribam, et cantabo in honorem dei Jacob.

10 Et ego, inquit dominus, cornua impiorum confringam, et efficiam, vt exaltentur cornua iusti.

Psalmus Alaph

76.

Notus in iudea. I ps. lxxv.

1 NOtus inter Judeos deus, et apud Jsraelitas magni fit nomẽ illius.

2 Erat enim in Hierusalem tabernaculum ipsius, et domus eius in Sion.

3 Illic sepe confregit emissas ab arcu sagittas, scutum et gladium rupit, et bella confecit. Ita factum est.

4 Conspicuus apparuisti tu, et ferox in hostes magis q̃ vllus leo vel vrsus egressus

ad prædandum e montibus, qui receptacula esse solent rapacium animalium.

5 In prædam dati sunt animo feroces, oppetierunt veluti mortifero somno grauati, nec vlui illis esse potuerunt, quantumuis viri essent alioqui fortes, manus illorum.

6 Increpatione tua factum est, o deus Jacob, vt mortem oppetierit rex ipe cum suis: et multitudo curruum et equorũ velut somnium euanuerit.

7 Vehementissime metuendus es tu, et quis subsistere poterit coram te vbi iratus fueris?

8 Efficies vt e celo audiant equitatem iudicij: quod vbi factũ fuerit, metuent sibi quicunq; terram inhabitant, nec mutire contra audebunt.

9 Fiet autem quum apparuerit se deus ad ferendam sententiam contra malos, vt liberos reddat a tyrannide illorum pios qui degunt in terra.

Ita fiet.

10 Honori profecto tibi erunt, qui ira conciti temere contra te in prælium prodierunt, pereunt enim, et si quid minarũ hostiliũ reliquũ

fuerit,id tu vēdicabis tibi, et te illi oppones ne terreantur tui.

11 Uouete, et persoluite que vouistis domino deo vestro: quotquot habitatis circa illum offerte ei munus,qui merito colendus est solicite.

12 Ipse est enim, qui adimere potest vitam principibus,et terrere ipsos reges:etiam si domini esse videantur ipsius terre.

Psalmus Asaph 77.

Uoce mea ad dominum clamaui. pa. lxxvj.

1 Uoce mea ad deū clamabo, voce inquam mea assidue clamabo, donec aurem prebeat mihi.

2 Quotiescūq; aduersi aliquid accidebat mihi, ad dominum recurrebam: et si vulnus meum per noctem recrudescebat,nec remittebat se dolor,recusauit admittere vllam cōsolationem anima mea aliam ab ea,quam expectabam a domino.

3 In memoria ego habebo deum, et eiulabo ad illum: loquar,et solicitudine conficiet se spiritus meus. Ita fiet.

4 Apprehendisti palpebras oculorum meorum, ne possim dormire: que res me sic conturbauit, vt ne loqui quidem amplius libuerit.

5 Quare animo reuolui dies ab initio seculi, et annos seculorum superiorum.
6 In memoriam reuocabo, & carmen meum quo alios cõsolari soleo: et per noctem cum corde meo colloquar, et erit animus meus in cogitationibus totus.
7 Num perpetuo deseret nos dominus, et futurum ne est vt placatior fiat vnquam post hac?
8 Periit ne in perpetuũ misericordia ipsius? irritus ne factus est sermo quo pollicit⁹ est se consolaturum mestos, non vna tantum generatione, sed omnibus?
9 Oblitus est ne misereri deus? aut pre ira vim facit sibi, ne vnq̃ sentiamus varia genera benignitatis illius? Ita ne fiet?
10 Profecto dicebam, ad mortem vsq; cruciat me hec recordatio superiorum annorũ, quibus toties et tam manifeste adfuit omnipotẽti dextera sua, is qui supra oia est domin⁹.
11 Non tamen sperare desinam, sed memoria repetam consilia seruatoris dei, quibus se aliquando placatum ostendere solet: memoria inquam repetam, quam miraculose olim ipse adfueris tuis deus.
12 Animo voluebam et reuoluebam omnis

generis opera tua, et in recensendis consiliis tuis occupatus eram.

13 Quare deprehendi o deus sanctimonie plena esse omnia opera tua, nec esse potentia et magnitudine conferendum cum te deo vero quicquam.

14 Tu ille es deus, qui stupenda designas, notam fecisti in varijs populis omnipotentiam tuam.

15 Redemisti brachio potẽti populũ tuum posteros Jacob et Joseph. Ita res habet.

16 Ubi te vidissent aque deus, vidissent inquam te aque, viribus destitute sunt, & conterrite sunt abyssi.

17 Effundunt nubes aquas, quoties tu vis, et sonum edunt: quin et grãdo copiose te iubente decidit, sagittis similis.

18 Auditur e celo tonitru vehementer sonorum illuminant, et veluti lucere faciunt orbem fulgura, vt sepe timore capiãtur, & tremore hi, qui terram inhabitant.

19 Per mediũ mare obambulas, et p aquas plurimas, non aliter, ꝙ p tristissimas vias, nec apparent vlla vestigia tui.

20 Duxisti olim non aliter, ꝙ pastor gregem sibi commissum solet, populum tuum mi-

nisterio Mose et Aaron.

Psalmus Asaph 78.

1 AUscultа populе mi doctrinā meā, ꝓbebete aures vestras omnes vos sermonibus meis.

Attēdite populе meꝰ legē meam. Ps.lxxvj.

2 Commemorabo que fabule videri, & stupra fidem esse possint, nisi vere constaret superioribus seculis contigisse ea.

3 Ab alijs enim audiuimus, et vera esse certo scimus, patres enim nostri conscripserūt diligenter, ne nos ignorаremus ea.

4 Nec nos ergo inuidebimus posteris illorum vlq; i nouissimam generationem, sed diligenter conscribemus laudes domini, et omnipotentiam eius: stupenda quoq; opera, que ille designauit plurima.

5 In primis hoc honore dignatus est Jacob, quod prescripta recte viuendi tradiderit posteris ipsiꝰ Israelis, & mandauerit progenitoribꝰ nr̄is, vt ea docerēt liberos suos.

6 Ut sciāt etiā nepotes illorū, qui post ipsos nascentur, et illi iterum superiorū nepotes suis liberis eadem diligenter inculcent.

7 Ut discāt omnem fiduciam suam ponere in deo, et non excidant memorie illorum, que summo consilio facta sunt a deo, qui-

bus recensendis excitati discant mandatis illius parere.

8 Ne fiant similes progenitoribus suis, hominibus qui pertinaciter rebelles fuerunt deo et contumaces: quibus nunquam id, qđ rectum est, cordi fuit, nec vnquam ex animo crediderunt deo.

9 Filij Ephraim armati pficiscebantur cõtra voluntatem domini, vt iaculis peterent vicinos, et bona illorum diriperent: quare inferiores hostib⁹ facti, in prelio terga verterunt et occisi sunt.

10 Non enim perstiterunt in pacto recẽs inito cum deo, & secundum viuendi normã illis a deo prescriptam viuere noluerunt.

11 Exciderant enim iam tum memorie illorum egregia illa ipsius dei stratagemata, et stupenda opera illius, que spectãtibus ipsissimis illis ediderat.

12 Coram patribus illorum designauit mirã in terra Egypti, in ipsa inquam agrorum ditissima Egypto.

13 Diuisit mare, et transmisit illos: stare iussit aquas, natura sua fluidas, tanquã molem marmoream.

14 Duxit eos nube cõtectos cõtra ardorẽ solis

15 16 17 18 19 20

per diem, per totas noctes lumen prebuit illis, quale luculentus prebere solet ignis.

15 Hidit in gratiam ipsorum arẽtes petras in ipso deserto, et potum ex illis suppeditauit tam copiose eis, vt ex nullis aquis quisquam possit copiosius.

16 Et duxit riuos e petra aquis tam copiosos, vt equare potuerint fluuios profundissimos.

17 Nihil his omnibus facti sunt meliores, sed peccatis peccata addiderũt: exacerbauerunt altissimum in ipsa vastissima solitudine, in qua nisi beneficio illius, nulla ratione biuere potuissent.

18 Statuerũt in animo periculũ facere quãtum posset deus, idq; cibum petẽdo, qui gule ipsorum faceret satis.

19 Loquebantur enim inter se de deo dicentes, poterit ne hic, qui tam putatur pbtens deus, instruere conuiuium in hac vasta solitudine, in qua omnium rerum est summa inopia?

20 Mirãda profecto cecitas illorum: qui enim elicere potuit illis bidentib⁹ ex petra aquas, tanta copia, vt iustos fluuios equauerint, de illo dubitant posset ne panẽ prestare, pol-

set ne carnē prebere populo, quem sibi tam miraculose asseruit.

21 Quare hec audiens dominus merito iratus est grauissime, & continuo exarsit ignis in posteros Jacob, et peruasit incendio bastans ipsos Jsraelitas.

22 Non enim ex animo crediderunt deo, nec persuaserant sibi illum esse, qui possit necessaria suppeditare.

23 Mandauit ergo nubibus, que supra eos in aere pendebant, et tanquā ianuas celi aperuisset, nubes ipsa rupit.

24 Et in modū pluuie decidere fecit inter eos Man, frumenti genus nunquam visum hominibus, vt haberent quod comederēt, frumentum quod in aere prouenerat, dedit illis.

25 Panem, res mira, qui e nubib⁹ deciderat, que natura frumenti ferates non sunt, comedit homo prognatus e terra: et cibum quacūq; proficiscebantur, suppeditauit eis ad saturitatem.

26 Flare iussit Eurum per medium celum: et sua potentia induxit Africum.

27 Et tanta copia quāta puluis vento in altū sublatus in terrā decidere solet, cecidit inter

illos caro: & omnis generis auiū tāta multitudo, vt numero equare posset arenam, que innumerabilis iacet in littore maris.

28 Et proiecit omnia illa in media castra ipsorum, circa tentoria ipsorum.

29 Quare comederūt, & saturati vlq; ad nauseam facti sunt, ad hunc modum satisfecit gule illorum: vt viderent priusquam perirent, potuisse deum, que illi posse ipsum non crediderant.

30 Non sunt fraudati desiderio suo, adhuc erat cibus in ore illorum.

31 Et ira dei descendit cepit i eos: occidit enim robustissimos quosq;, & florem iuuentutis, qui erat inter Israelitas, prostrauit.

32 His omnibus nihil adhuc facti sunt meliores: relabebantur eñ cōtinuo in priora peccata, nec crediderunt ex animo se deo, quantūuis designaret ille que merito essent omni admiratione dignissima.

33 Quare absumpsit cum vanitate sine honore dies vite illorum, et annos ipsorū non sine terrore.

34 Quādiu percutiebat illos recurrebant ad ipsum, et peccatorum penitebat illos, et mane surgentes supplices fiebant deo.

35 Et recordabantur quod deus sepe propugnaculum fuisset illorum, et deus excelcissimus redemptor illorum.

36 Verum hec ab animo eorum non proficiscebantur, sed ore tantum blandiebantur: et lingua sua mentiebantur illi.

37 Cor enim eorum non erat candidum erga illum, nec perstiterunt bona fide in pacto, quod pepigerant cum illo.

38 Et quamuis essent quales paulo ante depinxi eos, ipse tamen se potius quam illos respiciens, misericordia motus, remisit iniquitatem quamuis grauissimam: nõ enim funditus perdidit illos, quemadmodũ meriti fuerant, sed maximo studio, quasi vim faciẽs sibi, cõtinuit irã suã: nec ipsa re ostendit, quam merito etiam furere posset in eos.

39 In mẽoria enĩ habebat, qõ caro essent ipsi, barbaris & stultis cõcupiscẽtijs obnoxij, & spiritus abiens suapte natura nõ reuersurus.

40 Quoties irritauerunt eum in deserto, exacerbauerunt eum in vasta illa solitudine.

41 Reuersi enim ad ingenium, iterum tentarunt deum, et metiri potẽtiam eius, qui sanctificat Israelem: quedam enim posse illum credebãt,

sed non omnia.

42 Neq; enim intellexerant quante potentie fuerit opus illud, quod fecerat in gratiam illorum, quo tempore liberauit illos ex calamitate illa insigni.

43 Qualia videlicet inter Egyptios ostenderat diuinitatis sue manifestissima signa, et prodigia per totam regionem Egypti.

44 Mutauit enim in sanguinem fluuios eorum, et effecit ne riui eorum vllo modo essent potabiles.

45 Immisit in eos omis generis muscas, que arroderent eos, et ranas que vexarent eos.

46 Qui tradidit bruchо germen illorum, et laborem eorum locuste.

47 Vastauit grandine vineas eorum, et sycomoros pruina.

48 Perdidit grādine iumēta eorū, & quicquid possidebant, carbonibus ignitis, qui cū grādine permixti contra naturam fuerant.

49 Ex calamitatibus quib⁹ affecit eos, colligi potest, q̄ serio illis iratus fuerit: manifesta enim erāt irati dei, imo vehemēter irati, signa, vexatio illa, et plage, quales non solēt ab hominib⁹ quātumuis inimicis inferri: sed quales per angelos abirato deo immis-

los ad flagellandos, qui vehementer fuerat scelerati.

50 Perrexit quomodo ceperat iracci, donec et ipsos occideret, et pecora eorum pestilentia corriperentur.

51 Occidit enim omnia primogenita per totam Egyptum, principia illa pro quibus laborauerant maxime, ea inuenerunt singuli in tabernaculis suis subito mortua per vniuersam terram Egypti.

52 Eduxit autem illic tanquam oues populum suum, & deduxit eos tanquam gregem per loca deserta.

53 Perduxit eos securos, inimicos autem illorum cooperuit mare.

54 Perduxit eos in regionē sanctissime maiestatis sue gratiam, in hunc vlq; mōtē, quem omnipotenti dextera sua asseruit sibi.

55 Expulit enim illinc impios, qui eum locū longo tempore possederāt, et immisit suos, vt veluti iure hereditario possiderent: et inhabitarent edes illorum qui pulsi fuerant, tribus Israel.

56 Tanquam nihil commoti omnibus his, iterum tentauerunt, et irritauerunt deum, qui est supra omnia: admonitionibus enim

57 58 59 60 61 62 63 64

illius parere noluerunt.

57 Auersi sunt a deo.et rebelles facti,sicut patres illoꝝ,qui pꝛecesserunt illos:auersi sunt quemadmodū arcus,qui scopum nō petit. sed fractus percutit eum qui tetendit.

58 Ad iracundiam concitauerunt eum lucis suis, quos frequentabant in editis locis sitos:et statuis, quas fecerant sibi deos, vehementer irritauerunt eum.

59 Audiuit deus et exaudiuit,et exectatus est valde scelera Israelitarum.

60 Repūdiauit iratus tabernaculum in quo pꝛincipio colebatur in Silo, tabernaculum inquam,in quo visus est ipse habitare,& familiariter versari inter posteros Ade.

61 Et capi permisit arcam federis, que erat veluti receptaculum omnipotentie illius:et ornamentum illud vnde ornare solitus fuerat populum suum,in potestatem hostium venire permisit.

62 Et implicuit bello cruento populum,et in hereditatem suam exranduit.

63 Adolescentes illius ablumpsit gladius,et virgines sine honoꝛe perierunt innupte.

64 Sacerdotes illius gladio coꝛruerūt,nec vidue supstite serāt. que casum illoꝝ deflerēt.

65 Et expergefactus est tandem dominus, quomodo solet qui vino obrutus post longum somnum redit ad se, & iterum vino exhilarans sese fortiter pericula aggreditur.

66 Quare vulnerauit hostium suorum posti ces: unkami ignominia affecit illos, quam nunquam eluere potuerunt.

67 In eligendo autem sibi rege spreuit familiam Joseph, et tribū Ephraim nō elegit.

68 Sed elegit tribum Juda, et mōtem Sion quem amat.

69 Et extruxit similem altissimis regiū palatijs edem maiestatis sue dicatam, quam stabilem esse voluit sicut terram perpetuo.

70 Elegit autem Dauid seruum suum, & excepit eum e caulis ouium.

71 A fetis vaccis quas sectabat pastor, auocauit eum, & fecit eum pastorem populi, quē habebat inter posteros Jacob, et hereditatis sue inter posteros Israelis.

72 Et pauit eos, qui cure illius commissi fuerant pro candore animi sui, et pro summa prudentia, qua vsus est in omnibus operibus suis, gubernauit eos.

Psalmus Asaph

79.

1 ℣ Deus venerũt ethnici vlq; in hereditatem tuam, prophanauerunt tẽplũ sanctissime maiestati tue dicatum, redegerunt Hierusalem in aceruos lapidum.

Deus venerũt gẽtes hereꝑ. lxxviii

2 Obiecerunt cadauera seruorum tuorum deuoranda auibus, que volitãt per aerem, et corpora sacris tuis initiatorum, bestijs terre.

3 Fuderunt sanguinem humanũ tãquam aquam per totũ ambitum Hierusalem, nec quisquam inuẽtus est qui occisos sepeliret.

4 Lũdibrio fuim⁹ vicinis nostris, irrisui, et subsannationi ijs, qui habitãt circum nos.

5 Quousq; irasceris domine, perpetuo ne exardescet ne sicut ignis ira tua?

6 Effome potius iram tuam in impios, qui non agnouerunt te, et in regna que diuinũ auxilium tuum nunquam imploꝛauerũt, sed vires proꝑias iactant.

7 Uastauerunt eñ posteros Jacob, ⁊ quicquid apud eos elegantie fuit, redegerunt in nihilum.

8 Ne scelerũ memor esse velis in malũ nr̃m, que ante hac cõmisim⁹, sed omissis illis cito amplectere nos tua inexhausta clementia, attenuati enim sumus vehementissime.

9 Auxiliare nobis deus salutis nostre auctor, non tam habita ratione nostri, quam magnifici et maiestatis plenissimi nominis tui, libera nos a malis in quibus versamur: et remitte peccata nostra p immēsa liberalitate, que nomini tuo respondet.

10 Quomodo ferre diutius poteris domine petulantiam impiorū, qui nobis insultant, dicentes, vbi nunc est ille vester deus? palam quelo fiat ob hec videntibus nobis vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est.

11 Penetret vlq; in conspectum tuum gemitus eorum, qui in carcere tenentur captiui: magnitudine potentie brachij tui in vita cōserua eos, qui morti destinātur ab hostib⁹.

12 Et retribue vicinis nostris septuplum in sinum illorum, pro contumelia qua affecerunt te domine.

13 Nos interim populus tuus, et grex cuius tu prouinciam pascendi sumere dignatus es, referemus tibi accepta oia nostra perpetuo generationibus cunctis, et literis mandabimus quam vere dignus sis, qui laudaris ab omnibus.

1 O Pastor Israelis ausculta, qui educe- Qui regis
re soles tanquã gregem posteros Jo isrl' itẽdc
seph, habitator Cherubin cõspicus appare. ps.lxxix.

2 In gratiã Ephraim, et Beniamin, et Ma
nasse, fac appareat omnipotentia tua, et ve
ni succurre nobis.

3 Deus recipe in gratiã nos, et placido vul
tu aspice nos: hoc enim si feceris, salui
erimus.

4 Domine deus qui potestatẽ habes in om
nes exercitus, quousq; tandem ercãdesces,
nec admittes precationem populi tui:

5 Coegisti illos comedere cibum flebilem, et
pro potu porrexisti illis meras lachrymas
maxima mensura.

6 Exposuisti nos maledicentie vicinorũ no
strorum, et osores nostri rident inter sese.

7 Deus qui potestatem habet in omnes ex
ercitus, in gratiã recipe nos, et placido vul
tu aspice vt salui simus.

8 Vineam ex Egypto transtulisti: expu
listi gentes impias e sedibus suis, et inse
ruisti eam.

9 Repurgasti diligẽter ruderibus electis su
perficiem eius, & tam late radices extendit,
vt terram impleuerit.

10 Cooperti sunt montes vmbra illius, & rami illius similes facti sunt ramis cedrorum maximarum.

11 Extendisti ramos illius vsq; ad mare, et vsq; ad flumen surculos eius.

12 Quare ergo nūc destruxisti sepes illius, vt vastent quotquot iter faciunt iuxta illam?

13 Euertet eam aper egressus e sylua, et fere omnis generis, que in agris degunt, depascent eam.

14 Deus exercituū recede quesso ab ira, et recipe in gratiā nos, aspice e celo, et vide, quin potius ipse vineam hanc inuise.

15 Et integritati pristine restitue, q̄ eo es honore dignat⁹, vt tua dextera plātaueris eā: et si ipsa non meretur, propter filiū tamen, per quem fortia designare cōstituisti, fac q̄ in rem huius vinee esse putabis.

16 Quod exusta sit vinea hec igni, et vastata, austeritas vultus tui causa est: que si duraverit, funditus peribūt, qui hac vinea significantur omnes.

17 Adsit omnipotentia manus tue viro dextere tue, adsit inquam manus tua filio hominis, quem summis viribus instructum opponere constituisti hostibus tuis.

18 Ille vbi hanc vineam inuiserit, & a sentib⁹ repurgauerit, non amplius deseremus te. vita enim donabis nos, et perlistemus in cultu et inuocatione nominis tui.

19 Domine deus celestium exercituum summe imperator, reuoca nos ab errore et malis, in quibus versamur: fac clare appareat fauor vultus tui erga nos: hoc enim si feceris, salui erimus.

Iplius Alaph 80.

1 Exultate deo adiutori nro. ps. lxxx. QVam exultatione laudate deum, cui⁹ viribus seruati sumus nos, ois generis letitie signa edite in honorē dei Jacob.

2 Sublata voce canite et pulsate tympanū, et cytharā pulchre sonorā vna cum nablo.

3 Clangite in nouilunio tuba, die solenniter nobis festo.

4 Preceptum enim est Israeli illud, & equissime statutum a deo Jacob.

5 Ritum illū seruari voluit a posteris Joseph, in memoriam eius, q̄ feliciter versatus fuerit ipse in terra Egypti, quo quum venissemus, linguam quam non didiceramus, audiebamus.

6 Liberaui enim (inquit deus) tum a gestādis oneribus humeros illorum, meo au-

rilio manus illorum liberate sunt a coquen
dis fictilibus ollis et lapidibus.

7 In malis constitut⁹ implorasti auxilium
meũ, inquit dñs, succurri tibi, et ad ea que i
occulto postulasti, ego tibi respondi tonitru,
quo hostes tuos exterrui: feci et periculum
tui iuxta aquas cõtẽtionis. Ita res habet.

8 Audi populo mi, sanctissime enim pollice-
bor tibi Israel, si mihi auscultaueris.

9 Et si non fuerit apud te in precio de⁹ alie-
nus, et non veneratus fueris vllum deorũ,
quales plurimos exterarum nationum i-
pij homines venerantur.

10 Si crediderit me, qui te eduxi e terra Egy
pti, vere dominum deum tuum esse, aperi
quantum velis os tuum, et postula a me
quicquid charum fuerit animo tuo, ego co-
piosissime voti compotem faciam te.

11 Verum nunquã acquieuit consilijs meis
populus meus, nec Israel vnquam synce-
re amauit me.

12 Quare permisi eos animo obdurato in-
sanire quantum vellent, et sua sequi consi-
lia, qui nollent mea.

13 Vtinam populo mi audisses me, Israel
si in vijs meis secundum tibi prescripta a

me ambulasses.

14 Nullo negocio vniuersos inimicos tuos perdidissem, et extendissem tãtum manum meam in hostes tuos, et perissent.

15 Odores domini exterriti mendacijs se in periculis excusare voluissent: populus autem meus felicia vidisset tempora perpetuo.

16 Israel si audisses me, pauissem te medulla tritici et melle: in rupe munitissima constitutum ad saturitatem vlq; pauissem te.

Psalmus Asaph. 82.

Dei stetit synagoga. p.lxxxj.

1 Deus astitit cetu illorum, qui pre ceteris potestatem in alios nacti sunt: in medio ipsorum iudicum, que officij illorum sunt, admonuit illos.

2 Quousq; tandem pronunciatis sentẽtiam iniquam: et in gratiam impiorum iustos oppzimitis? Ita facitis enim.

3 Quin potius pauperem et pupillum, et eũ qui sine auxilio vestro impar est aduersario suo, et egenum a calumnia defendite, potestate hac vobis commissa, et iustitie illorũ patrocinium suscipite.

4 Si sapitis succurrite pauperi et mendico, et e violentis impiorum manibus eripite eum.

5 Nihil facti sunt admonitionibus his sapiẽtiores, sed in tenebris assidue versantur: que res tam habet male deum, vt propterea aliquoties sic totum orbẽ turbauerit, vt bases terre tantum non vise fuerint.

6 Ego vos habui pro diis, et similes iudicaui omnes vos angeli: qui tam sunt chari deo, vt videri possint filij altissimi.

7 Uerum lõge vobis aliter quam filijs eueniet: moriemini eñ sicut abiectissim⁹ quisq; in plebe: et quemadmodum tyrannus quispiam precipitabimini ad inferos.

8 Surge quelo tu ipse de⁹, vt iudices terrã: tu eñ veluti hereditario iure, & tanquã patrimonium possidebit vniuersas gentes.

Psalmus Asaph 82.

Dc⁹ ds similis erit tl. Psal. lxxxij.

1 Deus ne taceas quelo diutius, neq; sileas: neq; feras ampli⁹ oĩpotẽs de⁹.

2 Ecce enim rem intolerabilẽ, hostes tui tumultuantur, et inimici tui efferunt caput.

3 Aduersus populũ tuũ cõspirauerũt secreto, et consultauerunt aduersus eos, qui occulte protectioni tue concrediti sunt.

4 Statuerunt inter se proficisci in bellum, et extirpare penitus illos, qui tue cure relicti sunt, et delere sic eos e numero hominum,

Vt numquam amplius mentio fiat nominis Israelitici populi.

5 Cõsilio vnanimiter inito aduersus te pepigerunt fedus.

6 Habitatores Idumee & Ismaelite, Moabite et Agareni.

7 Gebal, Ammõ et Amelech: Palestini vna cum habitatoribus Tyri.

8 Insuper et Assyrij iuncti sunt illis, auxilio venerunt filijs Loth. Ita res habet.

9 Fac illis quod olim fecisti Madeã et Sisare, et Jabin iuxta torrentem Cison.

10 Qui perierunt in Endor, relicti ad stercorandos agros insepulti.

11 Fac principibus illorum quod olim fecisti Oreb, quod zeb, quod zebech et Salmane: eadẽ experiãt nũc horum duces vniuersi.

12 Qui dixerunt, occupemus veluti iure nobis debita elegantia illa tabernacula dei.

13 Deus fac sint queso tam instabiles, quam est vlla rota: et similes festuce, que non potest resistere vento.

14 Sicut ignis in syluam immissus, et flãma in cacumẽ mõtiũ: que per obuia dumeta voritãs vastat cũcta absq; vllo impedimento.

15 Sic tu persequere eos tempestate inimi-

sa abs te,et excitato turbine perturba eos..

16 Imple ignominia vultus illorum, vt querere cogãtur placationem tui nominis tui domine.

17 Pudefiant et conturbentur assidue magis ac magis,infames fiant et pereant.

18 Vt sciant te esse illum, cui soli nomen est rei rel põdẽs: altissimo domino i omnia potestatem habenti per vniuersam terram.

Filiorum Core Psalmus 84

Quam dilecta taberna. Psal. lxxxiij.

1 QVam amabilia sũt tabernacula tua domine exercituum.

2 Sit amore capiebatur, vt vix esset apud se anima mea, quoties mentio fiebat atriorũ domini: cor meum et caro mea pre gaudio exiliebant ad nomen dei viui.

3 Interim passer inuenit foramen,et hirundo nidum, vbi colloret pullos suos: iuxta altaria tua domine exercituum, qui mihi et rex es et deus.

4 Helices qui habitant iuxta domum tuã: nunquam deerit occasio illis laudandi te. Ita res habet.

5 Helix ille homo, q̃ tuo beneficio fortis est: semite enim sunt eleganter strate in corde illius, per quas eunt ad ipsum vlq; animũ

diuinitus inspirate vires.

6 O bambulant qui tales sunt assidue veluti in valle limpidissimis plena fontib⁹, e quibus quātū libebit, vibēt: ipse vero q̄ diuinā hāc philosophiā alijs impartit doctor, omni ex parte diuinis muneribus exornabitur.

7 Incrementa virtutum, quicunq; sunt tales, assidue magis ac magis accipient, quo ad peruenerint ad ipsum deum, & illi assistere videantur palam in Sion.

8 Domine deus omnipotēs audi quesο precationē meam: prebe aurem deus seruator Jacob. Jta fiat.

9 Qui diligentius protegere nos soles q̄ vllum possit scutum, aspice deus, et clementer respice faciem supplicis christi tui.

10 Melior est enim vna dies in atrijs tuis, q̄ mille quocunq; alio loco: optarem magis ac cubare ad limen domus dei, q̄ habitare in splendidis impietatis edibus.

11 Est enim tanquam sol et clypeus dominꝰ deus, gratiam et gloriam dabit dominus: non poterit nō facere benignitatis sue participes eos, qui ambulant simpliciter.

12 Dñe exercituū omniū imperator summe: felix modis omnibus ille est homo, qui fidit

per omnia tibi.

Filiorum Core.

Psalmus 85.

Benedixisti domine terram. Psal. lxxxiij.

1 BEneuolus fuisti domine terre tue: reduxisti enim e captiuitate Jacob.

2 Abstulisti omnem iniquitatem a populo tuo: texisti omnia peccata illius. Ita factum est.

3 Collegisti omnem iram tuam, que sparsa fuerat in nos: cõtinuisti, ne in furorẽ erumperet, iram tuam.

4 Recipe in gratiam nos deus author salutis nostre, et tolle inimicitias, que fuerunt inter te et nos.

5 Num ppetuo iraisceris nobis? proferes ne iram tuam in generationẽ et generationẽ?

6 Tu ne es ille, qui nos a captiuitate liberare solus potes, et vita donare, vt populus tuus sese te oblectet, pacem consecutus?

7 Hac sentiamus domine benignitatẽ tuã, et salutis tue participes effice nos.

8 Auscultabo quid loquturus sit deus: certo enim scio loquturũ, que ad pacẽ pertinebũt populi sui, et sanctorũ suorum, nec sinet eos relabi in amentem illam impietatem propter quam abducti fuerant captiui.

9 Propinqua certe colentibus ipsum salus ipsius, qua fiet vt non perfunctorie perambulet, sed inhabitet maiestas illius terram nostram.

10 Misericordia et fides obuiam mutuo facte sunt, iustitia et pax mutuo exosculate sunt sese.

11 Veritas e terra pullulabit, & iustitiã e celo prospicientem euocabit.

12 Profecto dominus erit author huius boni vt terra nostra proferat fructum suum.

13 Iustitia precedet illum, qui domino charus est, et figet gressus viri illius in via per quam gradietur.

Precatio ipsius Dauid 86.

1 PRebe aurem tuam, et responde votis meis: quia pauper & omni humano presidio destitutus sum ego. Inclina dñe aurẽ tuam et exaudi. ps. lxxxv.

2 Sit tibi cure anima mea, quia cãdido sum erga te pectore: saluum fac tu seruum tuũ, mi deus, seruum inquam tuum, qui totus pendet de te.

3 Misereat te mei domine: imploro enim assidue, et implorabo auxilium tuum.

4 Exhilara animum serui tui, ad te cñ vlq; domine animo meo, quantumuis in subli-

mi habites, pertingere conabor.

5 Tu enim domine benignus es & clemens, et supra quam dici potest misericors in omnes, qui tuum auxilium implorant.

6 Aures prebe dñe precationi mee: nõ sit molestum tibi audire clamolas preces meas.

7 Quotiescũq; aduersi aliquid acciderit mihi, opem tuam implorabo: futurũ cõfidens vt prestes, quod ex re mea esse putabis.

8 Non est conferendus tecum quisq; eorum, quos impij homines pro dijs habent nomine, neq; potest imitari quisquã opera tua.

9 Quare futurum est, vt extere nationes, quarum omnium tu author es, veniant et supplices fiant tibi, et serio reuereantur maiestatem nominis tui.

10 Magnus enim es tu, et stupẽda designas. tu deus es solus.

11 Doce me domine viam qua itur ad te, vt ambulem confidenter per eam: nihil dubitans: qui in bona fide mihi comes itineris futurus sis: excita cor meum, vt vnice reuereatur maiestatem nominis tui.

12 Celebrabo te domine mi deus toto pectore meo, et laudibus efferam nomẽ tuum perpetuo duraturis.

13 Benignitatis enim tue erga me immẽse extant argumenta plurima: quoties enim versabar i periculis etiam summis, tu me eripuisti, et animam meam veluti ab inferis ad superos reuocasti.

14 Dei superbi insurrexerũt aduersum me, et ingens robustorũ turba hoc egit studiose, vt vitam adimeret insonti mihi non habita vlla ratione tui.

15 Verum tu domine deus es misericors et pius: tardus ad iram, ad beneficentiam autem, et fidem seruandam propensissimus.

16 Respice me, et miserere mei: tribue vires seruo tuo, et serua filium ancille tue.

17 Fac de signũ aliquod fauoris erga me tui, vt hostes mei videant & pudefiant: videant inquam te fuisse illum, qui auxiliatus sit mihi, et vltus sit iniuriam illatam mihi ab illis.

Filiorum Corach 87.

1 Fundamẽta ciuitatis huius iacta sunt in montibus sanctimonia maximis. Fũdamẽta eius in montib⁹. ps.lxxxvj

2 Amat dominus portas Sion, magis quã vlla tabernacula Jacob.

3 Magnifica dicta sunt de te: o ciuitas dei. Ita res habet.

4 Memor ero Egyptiorum, et Babyloniorum agnoscentium me: ecce rem nouã, Philistea et Tyrus vna cum Ethiopia accurrẽt propterea q̃ insignis ille natus sit ibi.

5 De Sion quidem dicetur, q̃ plurimi nati sint in ea: sed insignis ille confirmabit eam quum sit altissimus.

6 Dominus commemorabit in descriptione populorum, q̃ insignis ille natus sit ibi.

Ita fiet.

7 Interim principes ludẽt instrumentis musicis pre gaudio, et mea omnia studia occupata erunt in laudando te propter hec tam mira que fient in te.

Psalmus filiorum Corach 88.

Domine deus salutis mee in. p. lxxxvij

1 Domine deꝰ a quo pẽdet salus mea, per diem clamabo, neq̃ nocte latebit te vociferatio mea.

2 Quare admittat q̃lo p̃catio mea in cõspectum tuũ: prebe aurem tuam clamori meo.

3 Ad saturitatem enim et nauseam vsq̃ plena est molestissimorum cruciatuum anima mea, vita mea sepulchro videt esse prima.

4 Habitus sum vnus e numero eorum, qui famiam corruituri sunt i barathrũ: estimatus non pluris sum, q̃ vir omnibus suis

viribus destitutus.

5 Prestaret mortuum esse, et liberum ab his malis, quales sunt, q̃ vel vulnerati, vel morbo extincti iacent in sepulchris, quorum nõ recordaberis amplius, vt vite huic qua vixerunt eos restituas: verum liberi sunt a plagis his tuis, quibus ego affligor.

6 Affecerunt me malis tam multis aduersarij mei, vt vilus sim ipse mihi precipitat⁹ in puteum, aut in carcerem obscurissimum et profundissimum retrusus.

7 Omni ex parte premit me furor tuus, nullum superest mali genus quo non affixeris me. Ita res habet.

8 Alienasti a me familiarissime notos mihi, et abominabilem fecisti me illis: conclusus sum, nec video quo pacto explicem me.

9 Oculus meus languit pre dolore, implora ui auxilium tuum, domine toto die expandi manus meas ad te.

10 Edes ne diuinitatis tue specimen in mortuis, aut resurgent ne mortui laudes tuas cantaturi? Ita ne fiet?

11 Mentio ne fiet in sepulchro clementie tue, aut integritatis tue apud eos qui perierũt?

12 Quo pacto in tenebris nota fiet tua illa po

testas, qua miranda designas: aut iustitiã
tua inter eos, qui ex hoc orbe migrarunt in
terram desertam?

13 Porrã tamen ad te clamare domine, nõdũ
spem omnem deponens, et mane ante om-
nia precatione mea occupabo te.

14 Quorsum domine neglexisti animã meã?
occultasti vultum tuum ne sentiam solitũ
erga me fauorem tuum.

15 Pauper sum ego, et erumnosus ab ado-
lescentia: pertuli tales abs te mihi immis-
sos terrores, vt propemodum succubue-
rim, et desperare de salute tantum non ce-
perim.

16 In me apparuerunt manifesta signa tui
furoris, terrores tui oppresserunt me.

17 Circundederunt quemadmodum aque so
lent collapsum in eas, idq; assidue: cinxerũt
me, non alius terror post alium, sed simul
vniuersis.

18 Procul a me abire fecisti, si quis forte reli-
quus fuit amans mei, aut vicinus beneuo-
lus: quin et familiariter notos abscondisti,
et veluti in tenebris, ne videri possint a me.
collocasti.

1 Dominum nunquam te non misericordem miris modis esse carminibꝰ testaboꝛ: & mee etatis hominibus & posteris omnibus: & docebo oꝛe meo non dubitandũ cuiquam de fide tua, quin prestaturus sis quicquid promiseris vnquam.

Misericordias dñi in. Psalm. lxxxviij.

2 Perspicuum enim mihi futurũ, vt perpetuo duret misericoꝛdia tua: et celi prius ruant quos artificio summo cõdidisti, & cõstanter conseruas, quam te non stare promissis.

3 Percussi fœdus, inquit dominus, cum eo, quem elegi ipse mihi, et iuramento confirmaui illud, ne vllam habeat dubitandi causam seruus meus Dauid.

4 Perpetuo, inquit dominus, stabiliam posteros tuos, extruam solium regale tibi, qđ non conuelletur vlla generationum vnquã subsequentium. Ita fiet.

5 Testant celi q̃ admirãdꝰ artifex sis tu dñe, et ꝓpetuitatis tue testes sunt apud oẽs qui tue sanctitatis non penitus sunt expertes.

6 Quis enim in celo quouis pacto tecum cõferri poterit: et quis similis tibi inter angelos quantumuis sint potentes:

7 Deus miris modis magnus est, et suspiciendus etiam in cetu sanctoꝛum suoꝛum,

et metuendus cunctis qui circa illum sunt.

8 Domine deus quis conferri ullo pacto poterit tecum, quum sis creator et conseruator rerum omnium, et stabilitatis tue circũ te habeas testes plurimos?

9 Tu imperium habes i ualitatem maris: si ferocire ceperint, et in altum se sustollere fluctus eius, tu potestate tua dum uis compescis illos.

10 Tu percussisti potentissimum illum Egypti regem, non maiore negocio, qui si res tibi fuisset cum aliquo uiribus suis omnibus destituto: omnia potenti brachio tuo subuertisti, hostes tuos bruuersos.

11 Tui sunt celi, tua est terra, orbis terrarũ, et omnia que in ipso plurima sunt: tu fundamenta iecisti omnium illorum.

12 Aquilonem et Austrum tu produxisti, mons Thabor, mons Hermon magnitudine tua testantur omnipotentiam tuam, et occasionem prebẽt uidentibus laudandi nomen tuum.

13 Tu brachium habes omnipotentia preditum, robustissima est manus tua, et potentissima dextera tua.

14 Iustitia et equitate stabilitũ est regale so-

lium tuum, clementia et equitas pre omnibus cure sunt tibi.

15 Helix ille populus qui agnoscit hec, et sese oblectat his: dñe quicũq; tales fuerint, semper comitabitur illos fauor tuus, et veluti clarissima in luce vultus tui versabuntur.

16 Ad memoriã nominis tui exultabunt omnibus diebus vite sue, et beneficio iustificationis tue magni erunt.

17 Quamẽtũ enim fortitudinis eorum es tu, et p tua in nos pietate robur illud incremẽta suscipiet assidue magis et magis.

18 Beneficio enim domini magis q̃ vllo clypeo tuti sumus, et auxilio illius, qui sanctimonie author est Israeli feliciter cedũt que cunq; aggreditur noster rex.

19 Olim locutus es cũ sancto tuo (Samuele) quomodo cum prophetis soles: et dixisti, robur addidi viro alioqui forti, et exaltaui adolescẽtem illũ, quem e populo elegeram.

20 Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.

21 Quare manꝰ mea firma erit cum illo nec deseret illum vnq̃: insuper et brachiũ meũ potentissimum faciet illum.

22 Non opprimet illum vllus inimicus, nec

homo sceleratus male illi volens affligere poterit illum.

23 Conterã eñ quotquot audebũt sese opponere illi: et odio habentes illum, perdam.

24 Quicquid autẽ pmisit illi assequetur, & prima illa gratia, qua elegi eum, irrita nõ fiet: per me enim exaltabitur cornu illius.

25 Et extendã vlq; ad mare ditionẽ illius, et vlq; ad flumina potentiam dextere illius.

26 Ipse vocabit me, et dicere familiariter audebit pater meꝰ es tu: deus meus, stabilis, & inconcussa salus mea tu.

27 Et ego faciam illũ pximũ, & potentissimũ omnium regum, qui sunt in terra.

28 Perpetuo illum prosequar fauore meo, et pactum quod inij cum illo, firmum erit.

29 Et constitui posteros illius cõseruare perpetuo, et solium regni illius facere tam diuturnum, q̃ erunt dies celi.

30 Si deseruerint posteri illius legem meam, et secundum pcepta mea non vixerint.

31 Si leges meas violauerint, et mandatis meis non paruerint.

32 Ego veluti virga flagellabo eos, vt resipiscant, et verberibꝰ animaduertam in scelera illorum.

33 Clementia vero mea nũquam deſtituam illos: nec enim mẽtiri potero, aut contra datam a me fidem facere.

34 Qunquam violabo pactum, quod eſt inter me et illos: id enim quod ſemel locutus ſum, non mutabo vnquam.

35 Quum ergo iurauerim per ſanctitatem, et maieſtatem meam, mentiri ne Dauid potero?

36 Futurum promiſi ſemen illius perpetuo duraturum, et ſolium regni illius fore tam ſtabile, et diuturnum, quam eſt ipſe ſol in conſpectu meo.

37 Sicut luna perpetuum erit regnum illi⁹, quam et ſtabile promiſſionis mee in celo ſignum eſſe volo.

38 Interim tu tanꝯ horũ omnium oblitus, deſeruiſſe et abominatus eſſe videris Chriſtum tuum, et exanduiſſe in illum.

39 Violaſſe videris fedus initum cum ſeruo tuo, et ignominioſe in terram abieciſſe diadema illius.

40 Diruiſti omnes muros illius, et munitiones, quibus tutus eſſe ſolet ab hoſtium inſultibus, funditus demolitus es.

41 Conculcãt quotquot iter faciunt iuxta il-

lum.factus est ludibrio vicinis suis.

42 Extulisti in altum dexterā hostium illius vt grauius feriant. gaudio affecisti quotquot male voluerunt illi.

43 Acie enī gladij nostri retudisti. nec pditurus videris nobiscū, sicut soles, in prelium.

44 Obscurasti splēdorem illius, solium illius regium in terram vsq; detraxisti.

45 Breues fecisti dies adolescentie ipsius, omni ex parte ignominia cooperuisti illum.

Ita factum est.

46 Quousq; tandē absconderis domine? perpetuo ne? exardescet ne quēadmodū ignis solet furor tuus?

47 Recordare quā breui et nihili sit vita mea, an non ex ipsa conditione mali satis habemus, qui vanitati per totam vitam obnoxij, quotquot sumus posteri Ade, abs te cōditi sūmus?

48 Quis enim est homo, quantumuis sit vir robustus, qui victurus sit expers mortis, et qui tutari vitam suam poterit contra violentiam sepulchri.

49 Ubi nunc sunt superiorum seculorum misericordie tue domine, quando iuramento obstrinxisti te Dauid, bona fide posterorum

illius curam te habiturum:

50 Perpende domine q̄ cõtumelioſe tractantur ſerui tui, quodq̄ concoquere cogar clam et velut in ſinu portare contumelias, quibus me afficiunt populi varij et prope modum innumeri.

51 Contumelioſi enim nõn in nos ſolũ ſunt, ſed et in ipſum te domine: rident enim aſſidue nos tanquam ſpei nobis nihil ſit reliquum in Chriſto tuo.

52 Qualiſcunq̄ ſit ſtatus rerum noſtrarum, deus quod promiſit non poterit non preſtare, quamuis moleſtia ſit nobis mora: quare dignus eſt qui perpetuo laudetur ab omnibus. Amen Amen.

Finis libri tertij.

Oratio Moſe viri dei charißimi. 90.

1 Domine tu feciſti nobis ſeculis ſuperioribus inſtar aſyli, ad quod tutiſſime confugere licebat. Dñe refugium factus es. p. Ps. xcix.

2 Prius enim q̄ montes perducti eſſent, & facta terra, & in plagas habitatas diſtincta: tu ab eterno fueras te ipſo potentiſſim⁹ deus.

3 Deduces hominem varijs miſerijs obnoxium, quoad ſenio fractus fuerit, et dices

tum. Redite posteri Ade in terram, vnde prodistis.

4 Mille profecto anni apud te et cũ tua eternitate collati, sunt tanq̃ dies hesternus, q̃ preteriit, et tãq̃ vna ex nocturnis vigilijs, que nullum relinquit post se vestigium.

5 Velocissime properare annos hominum iubes, et priusq̃ ad se reuersus homo cogitet, quid sibi in vita acciderit, elapsos sentiet illos veluti somnũ quodam: mane eñ in initio vite tanq̃ herba quedam succrescet, et aliquid esse apparebit.

6 Mane inquam virebit et aliquo vsq̃ succrescere videbitur, ad vesperam vero succidetur et arescet.

7 Et tãq̃ nõ sit in annis nostris paucis mali satis, accedit ira tua, que non sinit vel per somnium nos sentire, qualecũq̃ illud sit q̃ possit homini esse quoquo modo voluptati: in me tu enim cõsumpti sunt animi nostri, et quia vehementer nobis iratus videbaris, conturbati sumus et inhorruimus.

8 Collocasti iniquitates nostras e regione tui, et peccata, que nos pro occultis habuimus, et in adolescentia commisimus, ipsa luce manifestiora sunt in conspectu tuo.

9 Quare dies nr̃i elapsi sunt vniuersi te nobis irato, finiuimus annos nr̃os dicto citi9.

10 Tempus enim vite nostre si fuerit septuaginta annor̃u, aut summ̃u octoginta, bene actũ nobiscũ putabim9: interim illi, q̃ precipui sunt inter hos, et tanq̃ flos ipse huius tã rare etatis, et molestijs, et laborijs miserijs pleni abeunt velocissime, et nos toti, velut alis assumptis, auolamus.

11 Quis vitare vnquam nouit potentẽ iram tuam: maxime si a nobis exigas venerationẽ in maiestati tue debitam, et ob eam nõ satis diligenter prestitam, quantum res ipsa requirat, iratus volueris.

12 Numerare nos doce ad hũc modũ paucissimos dies nostros, et semper habere paucitatem illor̃u in memoria: vt nihil nobis de hac vita magni promittentes, diuine sapiẽtie studio animum intendamus.

13 Redi ad solitam clementiam dñe, an nondum satis i miseros nos seuitum videtur: misereat tandem te seruor̃um tuor̃um.

14 Copiose et cito summo mane benignitatis tue participes effice nos, vt saltem gaudere liceat et letari paucis, qui reliqui sunt, vite nostre diebus.

15 Affice nos gaudio pro magnitudine malorum, quę diebus et annis superioribꝰ, pessima experti sumus.

16 Appareat seruis tuis salutiferum illud redemptionis opus, et reconciliatio diuine maiestatis tue nota fiat seruoꝝ tuoꝝ posteris.

17 Sit fiat gratiosus & pulchre fauens nobis dominus deus noster, vt quicquid facere tentauerimus, efficax fiat, efficax inquam fiat domini beneficio, quicquid manibꝰ nostris attrectauerimus.

91.

Qui habitat in adiutorio altis. pa. xc.

1 Qui cũq; cõmittit se protectioni altissimi: quantumuis occulte, illius tutelam suscipiet omnipotens deus, et tuto versabitur inter pericula vite huius.

2 Quare et ego persuadere mihi audebo de domino, q̃ spes mea ipse sit, propugnaculum meum, et deus meus: ego enim totum me cure illius committam.

3 Ipse ergo curabit, ne incidas tu quisquis illi credis, in vllum insidiatoris laqueum, tutũ te reddet a peste quãtumuis pestilente.

4 Alis suis cooperiet te, et sub pennis illius tutus eris, nullum scutum nec vllus clypeus prestare hoc cuiquam poterit, quod

ipse tua cura prestitit.

5 Protectione illius fiet ne metuas, vt res vl
la terrorem incutiat tibi noctu: neq; timeas,
si quis iaculo te petat etiam medio die.

6 A peste, que clam inuadere homines solet,
et ab ea, que de improuiso suborta seuiet, se-
curus eris.

7 Si prelium ingressus cum hostibus ma-
nus conseruueris, a latere sinistro mille, et a
dextro decem milia corruẽt, tu vero incom-
modi nihil accipies.

8 Quin potius oculis tuis videbis prelian-
tem pro te deum, & impios penas dare secu-
rus aspicies.

9 Merito ergo omnis fiducia mea sita est in
te domine, quisquis igitur sapis, dominũ,
qui est supra omnia, veluti tutissimum asy
lum ante oculos tibi propone.

10 Quod si feceris, audim tibi polliceri, qui hec
scribo, non futurum vt vllum inopinatum
malum te corripiat, vel vlla plaga familiã
tuam infestet.

11 Mandauit enim angelis suis curam tui,
vt soliciti sint pro te quacunq; iueris.

12 Manibus gestabunt te quoties periculum
fuerit, ne vel leuiter in lapillum impingat

pes tuus.

13 Per medios leones & serpẽtes iter facies se curus: & si insurgere i te conẽtur, pedib⁹ cõculcabis prostratum leonem et draconem.

14 Quia me amauit, ab omni malo immunẽ faciam illũ: stabilem et incõcussum illũ reddam, quod charum si illi fuerit nomẽ meum.

15 Implorabit auxiliũ meũ, et ego votis illi⁹ respõdebo, adero illi, ab omnibus periculis liberabo illum, et honoratum faciam.

16 Longitudine dierum saturabo illum, et ostendam illi quibus modis beare sollam amicos meos.

Psalmus de die sabbati 92.

Bonũ est cõfiteri dño. ps. xci.

1 Quum est cum gratiarũ actione laudare dominum, et cantare nomẽ tuũ o altissime.

2 Commemorare summo mane clementiã. et constantiam tuam noctibus singulis.

3 Idq; non voce solũ, sed et mulicis instrumentis, decachordo, nablo et cithare dulci modulatione.

4 Delectasti enim me domine elegantissima hac operum tuorum variatione, operibus, e quibus colligi facile potest omnipotentia manus tue, oblectabo me.

5 Quam suscipienda ob magnitudinẽ sunt opera tua domine, vehementer profunda sunt, et inscrutabilia nobis consilia tua.

6 Vir stolidus nihil horum intelligit: nec stultus consyderat in his nature miraculis omnipotentiam dei.

7 Quod virere videãtur impij sicut gramẽ terre, et florere plurimi homines scelerati, non hoc felicitatis illorum putãdum est, sed damnationis perpetue argumentum.

8 Tu autem es excelsus supra omnes, eriscz perpetuo domine.

9 Quare preter expectationem eueniet hostibus tuis domine: preter expectationem, qui nunc florere videntur, funditus peribunt: subuertẽt sese scelerib⁹ suis, quotquot sunt homines scelerati.

10 Interim tu similes facies cornu meum cornu monocerotis: iam nunc perfusus mihi video⁊ oleo fragrantissimo.

11 Videbit enim oculus meus in meis, qualia quisquam optaret in hostibus suis: et de insurgentibus in me sceleratis audient aures mee.

12 Iustus quemadmodum palma florebit, & sicut cedrus in Libano in altum succrescet.

13 Qui plãtati sunt in domo dñi, in atrijs dei nostri floꝛes suos pꝛoferent pulcherrimos.

14 Etaqꝫ fiet vt valẽtes sint in senio, bene habiti et virentes.

15 Vt palam fiat equum esse dominum, qui instar rupis est mihi, et ab omni iniquitate quam alienissimus.

93.

Dñs regnauit decorem indutus est. ps. xciij.

1 Dominus regnandi pꝛouinciam suscepit maiestate vndiqꝫ conspicuus: induit robur dominus, quo natura et a seipso omnipotens est, quo ꝛ stabilierũt, qui terram incolunt ne amplius vacillent.

2 Stabile est regnũ solij tui, et fuit ante constitutionem mundi, et ab ipsa constitutione vsqꝫ in ꝑpetuũ ipse ille, qui semp fuisti eris.

3 Exaltauerunt flumina domine, exaltauerunt flumina strepitus suos, et exaltatura magis videbantur fluctus suos.

4 Verum dominꝰ compescuit eos omnipotentia sua: aquis quantumuis multis imo et vastissimis fluctibus maris potentioꝛ est dominus altissima queqꝫ possidens.

5 Que pollicitꝰ es, optima fide pꝛestita sunt domui tue, quam elegãter exoꝛnasti sanctimonia domine, que duratura est perpetuo.

94.

Deus vltionũ dominꝰ: deꝰ vltionũ. ps. xciij.

1 QUi potestatem habes vlciscendi iniurias tuorũ domine, qui potestatẽ inquam habet deus conspicuus appare.

2 Sustollaris quesumus in altũ, et solium tuũ conscendas, qui iudex es vniuerse terre, et redde, quod merentur superbis.

3 Quousque impij domine, quousque impij exultabunt?

4 Sceleratus illorũ animus erumpet in verba, et loqui eos coget fastuose, predicabunt sese, et sua scelera iactabunt homines hi pestilentissimi, et numero plurimi.

5 Populum tuum domine atterere conabũtur, et patrimonium tuum affligent.

6 Uiduam et aduenam occident, et interficient pupillos.

7 Persuadebunt sibi non habiturum te horum rationem domine, nec consyderaturũ te quum deus sis Jacob.

8 Intelligite tandem, qui bestijs non multo estis prestantiores in populo, stolidi quando resipiscetis?

9 Qui vestris capitibus affixit aures, et facultatem dedit audiendi, surdus ne erit ille, nec audiet quicquam? et qui oculos vobis

in fronte aptauit, expers ne esse poterit vi-
dendi?

10 Qui docet etiam ethnicos sectari quod re-
ctum est, an non supplicium sumet de vo-
bis trangressoribus? ille inq̃, qui docet ho-
mines prudentiam, et veluti insculpsit ani-
mus illorum, hec relinquet inulta.

11 Dominus nouit omnia, que quiuis cogi-
tat homo, quam vana sint et in efficacia.

12 Quare felix ille est vir, quem tu erudire, et
tua doctrina imbuere dignaberis, seruator
omnium domine.

13 Prebebit enim illi requiē ea disciplina tem
poribus periculosis, quoad impio fodiatur
fouea ex qua nunquam emerget.

14 Non abijciet dominus populum suum,
neq; hereditatem suam despiciet vnquam.

15 Futurum est enim vt iustitia coniunga-
tur cum iudicio, et iudices quod iustum est
iudicent, sequanturq; illud vniuersi qui in-
tegro sunt animo.

16 Utinam exurgat quisquam mecum ad-
uersus homines perditos, vtinam se quis-
quam mecum opponat his sceleratissimis
hominibus.

17 Nisi dominꝰ auxilio fuisset mihi, perisl-

sem: parum enim abfuit, quin vita spoliatus iacuerim in sepulchro.

18 Quoties videbatur pes meus vacillare, clementia domini robur addebat mihi, et stabiliebat me.

19 Pro multitudine tristium cogitationum mearum, quibus intra me cruciabatur animus meus, consolationes tue vicissim exhilarabant eum.

20 Nunquid commune tibi quicquam erit cum solio et potestate tyranni, qui struit calumniam in iudicio, idq; suo more, & tanta caliditate, vt legitime illud facere videatur?

21 Ipsi cõgregabunt satellites in perniciem iusti, hominem innoxium impietatis damnabunt.

22 Verum dominus erit, meus protector, et deus meus instar munite arcis, quo in altissima rupe extructa est.

23 Et torquebit in illos iniquitatem, qua oppresserũt alios ipsi: et quemadmodum meretur scelera vita illorũ, subuertet eos funditus, subuertet inquam eos ipse dominus deus noster.

Psalmus.xcv.

Venite exultemus dño. ps. xciiij.

1 EJa exultemus nos dominum habere propitium, iubilemus ipsum nobis veluti rupem factum inaccessam hostibus nostris, et authorem salutis.

2 Ante omnia hoc agamus, vt placido vultu respiciat nos, psalmis iubilemus in honorem ipsius.

3 Deus enim magnus est dominus, et rex magnus pre omnibus diis.

4 In cuius potestate sunt fundamenta terre, et cacumina montium ab ipso habent quod sunt.

5 Cuius est mare, ipse enim fecit illud, et terram iussit extare omnipotentia sua extra mare.

6 Eia venite igitur verba adoremus, & supplices efficiamur: et genua flectamus ante dominũ authorem vite et salutis nostre.

7 Ipse enim deus est noster, nos autem populus, qui pabulo ipsius victitamus, et veluti grex ouium cure et omnipotentie illius commissi: hodie igitur si voci eius auscultaueritis, et agere prudenter volueritis.

8 Non obdurabitis cor vestrũ, sicut olim tẽpore contentionis in deserto obmurmurauerunt contra me: et periculum fecerunt

tam ne potens essem deus, vt libidini eorum satisfacere possem.

9 Ibi enim tentauerũt patres vestri, an possem suppeditare illis, quib⁹ opus habebãt: explorare conati sunt quãtum possem ego, quamuis vidissent opera plurima diuinitatis mee argumenta manifestissima.

10 Quadragita annis velati lis mihi fuit cũ illo hominum genere, et dixi assidue, populus hic delipit manifeste, et aberrat turpissime; verum ipsis nihil eorum, que ego dicebãm, cure erat.

11 Quare quum finem insaniendi non facerent, iuraui iratus, me non introducturum illos in locum illum quietissimum in quem perducere decreueram.

96.

1 Cantate dominũ carmine nouo, cantate dñm quotquot incolitis⁹ terrã. Cantate dño can. ps. xcv.

2 Cantate dominum, et celebrate nomen ei⁹, predicate de die in diem salutem, qua seruati estis beneficio ipsius.

3 Narrate exteris nationibus maiestatẽ ipsius, vt vniuersis quibsquam habitãt populis stupenda opera illius.

4 Magnus est enim dominus, et omni lau-

de maiorꝫ,metuendus etiam illis omnibus, qui vlquam habentur prꝫ diis.

5 Omnia enim, que reliqne nationes habẽt prꝫ diis,nihil sunt.dominus autem est, qui celos fecit.

6 Confessio & decorum, est in cõspectu illius:potentia et iugens gloria illius relucet in ipsis celis,quos sibi prꝫ habitaculo peculiarius delegit.

7 Quare tribuite domino quotquot estis familie populorum,tribuite inquam domino maiestatem et omnipotentiam.

8 Tribuite domino eam maiestatem que respondet nomini ipsius: arripite munera.et properate ad atria ipsius.

9 Prostemite vos ante dominum, veneraturi magnifice sanctã maiestatẽ illius: metuite ab ipso quotquot habitatis in terra.

10 Narrate exteris nationibꝫ dominum suscepisse regnandi prouinciam: quare stabilietur orbis,nec vacillabit amplius.

11 Letabitur celum,et exultabit terra, exiliet pre letitia mare cum omnibus que in ipso sunt.

12 Exultabũt campi, gaudebũt arbores vniuerse in syluis ipsis.

13 Propter dominum quod aduenerit: quod aduenerit inquam iudex futurus ipsius terre: iudicabit enim orbem terre secundum iustitiam, et populos optima fide gubernabit.

97.

1 Dominus regni gubernacula suscipere dignatus est, exultet terra, gaudeant insule numero plurime. Dñs regnauit exultet. ps. xcvj.

2 Nubes et caligo circa illum in terrore mali orum: iustitia autem et equitas firmamentum sunt throni ipsius.

3 Ignis ipsum precedet: et flamma undiq; bastabit hostes illius.

4 Lucere facient fulgura eius orbem, sensit et expauit pre fulgura multitudine ipsa terra.

5 Montes tanquam cera soluti sunt, et pre metu apud se non fuerunt propter presentiam domini, presentiam inquam domini vniuerse terre.

6 Testati sunt celi iustitiã illius: et viderunt vniuersi populi maiestatem illius.

7 Pudefiant quotquot colunt sculptile, qui placent sibi cultu rerum nihili: quin potius ipsi prosternite vos ante illum, quotquot

estis vlquam, qui pro dijs hominum stultitia habemini.

8 Audiuit et gauisa est Sion, et exultauerunt filie Jude, propter iudicia tua: qui impios terroribus exanimas, et pios exhilaras domine.

9 Tu certe super vniuersam es terrā, & potestatem habes in omnia, infinitis modis ob hec miracula platus es alijs vniuersis dijs.

10 Qui amatis dominum, odio habete malitiam: ipse est enim, qui animas sanctorum suorum custodit, a tyrannide impiorum eripiet illos:

11 Lux orta est iusto: & animo cādidis letitia.

12 Gaudete iusti vos dominum habere propitium: et gratias agite cum veneratione sanctissime maiestati illius.

Psalmus 98.

Cantate dño canticum nouum. ps. xcvij.

1 Cantate dominū nouo carminis genere: ipse enim prebet argumēta scribendi noua plurima, admiranda nāq; sunt, que iam recens designauit: victoriam enim peperit sibi sua ipsius dextera manu, & brachio sanctissime maiestatis sue.

2 Sic egit dominus cum suis, vt notum esset omnibus victoriam illam salutiferā esse

ab illo: palam enim vidētib⁹ ethnicis argumenta edidit iustitie sue.

3 Memor factus est misericordie sue, et fidei in prestandis que promiserat Israeli: viderunt quotquot habitant vlquā in vltimis angulis terre eam salutem, cuius author nobis fuit ipse noster deus.

4 Iubilate i honorem domini quotquot habitatis in terra: sublata voce canite, exultate et psallite.

5 Psallite i honorē domini cithara, sed adhibita ad citharam modulatione vocis.

6 Sonate taratantaris, et clangite tuba: iubilate quantum potestis, propter aduentum insignis huius regis, qui dominus est omnium.

7 Strepitum edat pre gaudio mare, et piscium multitudo innumera: orbis totus cum his, que degunt in eo, exultet.

8 Flumina tūctis manibus gaudia sua testentur, vnanimiter montes exultent.

9 Idque propter dominum, quod ipse aduenerit prouinciam suscepturus iudicandi terram: iudicabit orbem terre secundum iustitiam, et populos cū equitate summa.

Dñs regnauit trascan. p. xcviij.

1 QUia dominus aduenit regnum administraturus, contremiscent populi: ille inquam dominus, qui sedet super Cherubim, aduenit: quare reuerenter attoniti fient habitatores terre.

2 Dominus in Sion magnus, & pro omnipotente agnitus, ab vniuersis populis.

3 Hatebuntur nomen tuum magnum esse, et metuendum, et sanctissime augustum.

4 Quamuis potens sit dominus, non tyrannidem exercebit, sed equitatem, cuius amantissimus est: tu enim dñe gubernabis ōia tū equitate summa: iudicium enim et iustitiā in posteris Jacob exercuisti semper.

5 Exaltate dominum nostrum, et prosternite vos ad scabellum pedum ipsius, est enim ipse dignus eo honore, quum sit sanctissimus.

6 Moses et Aarō inter sacerdotes eiꝰ, et Samael e numero eorum, qui inuocabant nomen ipsius: quos semper exaudiebat, quādo eius auxilium implorabant.

7 Ex nube, que formam columne habebat, loquebatur cum eis: parauerunt admonitionibus ipsius, et pactum iniit cum eis.

8 Domine deus noster tu exaudiebas eos.

deus licet potens sis, clemens tamen fuisti ad preces illorum in alios, etiam in momẽto, quo vlciscebar; ea, que aduersum te stulti commenti fuerant.

9 Extollite dominum deũ nostrum: et prostrati conuertite vos venerabundos ad celestem illum montem in quo maiestas illi⁹ sancta peculiariter apparet: est enim sanctissimus dominus deus noster.

Psalmus gratiarũ actionis 100.

Jubilate deo omnis terra. ps. xcix.

1 IVbilate in honorem domini, quot in terra versamini.

2 Colite dominum cum letitia: venite in conspectum ipsius cum exultatione.

3 Agnoscite dominum esse illum deum, qui fecit nos, neq; enim ipsi fecimus nos, sed populus eius sumus, et grex quem ipse pascit assidue.

4 Intrate per portas illius gratias acturi p acceptis ab eo innumeris beneficijs, et per atria cãtaturi laudes illius: laudate illum, et celebrate laudibus nomen illius.

5 Benignus est enim dominus, et infinite misericordie, et in seruandis promissis constantissimus, non vni generationi tantum, sed omnibus.

Ipsius Dauid Psalmus 101.

Misericordiam et iudi. Psal.c.

1 Misericordiam et equitatem carminibus celebrabo: maxime autem te dominum virtutis omnis largitorem psalmis efferam quantum potero.

2 Ego quidem pro viribus operam dabo, vt familiam honeste instituam, et integritatis morum studiosus ero: sed conatus mei irriti fient, nisi tu adiueueris, quod quando fiet tandem? a te enim adiutus constanter versabor, pro puritate cordis mei, in administratione domus mee.

3 Nunquam mihi imitãdam proposui rem vllam iniquam: hominem superbum semper odio habui, nec vnquam familiaris fiet mihi.

4 Qui animũ suum studio deprauat, is procul recedere cogetur a me: virum sceleratũ inter notos et amicos habiturus nõ sum.

5 Qui loquitur clanculum in perniciem ciuis nihil mali suspicantis, illum subuertam funditus: elatum oculis & animo arrogãti ferre nequaquam potero.

6 Oculi mei obseruant illos, qui bona fide versantur in terra, vt illos adiungã mihi, et sedeant iuxta me: qui integre fuerit vite,

ille ministrabit mihi.

7 Non feram, vt habitet quisquam in edibus meis fraudulentus, neq; is, qui mendacijs assueuit, durabit apud me.

8 Summo mane subuertã impios exleges, qui plurimi versantur in terra, vt exterminentur e ciuitate domini vniuersi scelerum patratores.

9 Precatio pauperis, quum merore affect⁹, veluti in sinum domini effunderet querelam suam.

Ioz.

Domine exaudi orationẽ. Psal. cj.

1 Domine audi precatationẽ meã, & clamor meus admittatur vsq; ad te.

2 Ne abscondas faciem tuam a me, hoc maxime tẽpore, quo calamitas premit me: preabe quaeso aures tuas mihi cum clamauero, et votis meis cito responde.

3 Consumpti enim sunt, veluti fumus, cito euanescẽs: dies vite mee, et ossa mea, tãq; focus, assiduo ardore exiccata sunt.

4 Similis feno, quod amputatum ardore solis exiccatur, est cor meum: et oblit⁹ sum pre nimia calamitate sumere cibum mihi.

5 Pre clamoso gemitu factum est, vt vix hereat ossibus pellis mea.

6 Similis factꝰ sum pellicano, qui in auijs et desertis habitat locis: et nycticoraci consortia reliquarum auium fugienti.

7 Pre solicitudine somnum non indulsi oculis meis. et similis mihi esse videbar passeri mesto. qui solus in fœramine delidet sub tecto.

8 Incessanter per totum diem cõtumelia afficiunt me inimici mei: et qui insultant mihi, in perniciem meam coniurauerunt.

9 Quare cibus meus non saput magis mihi, quam si cinerem comedissem: et potui meo lachrymas admiscui, non temperans me a fletu.

10 Propterea quod iratum te sciebam mihi, et grauiter offensum: videris extulisse me in altum, vt grauius corruere faceres me.

11 Dies mei similes sunt vmbre, que assidue fit maior, & tenebris propinquior: ego enim non aliter quam fenum breuissime exarescam.

12 Verum tu domine perpetuo veluti securus, et nihil immutatus permanebis, nec memoria tui vlla vnquam generatione abolebitur.

13 Tu tandem (certo scio) exurges vt mise-

rearis Sion, et tempus illud redemptionis
appetere videbitur iam nunc.
14 Profecto serui tui iampridem desiderio te-
nentur videndorum lapidum eius, & quan-
tumuis miseria sit facies, pie tamen erga
rudera eius affecti succurrere cupiunt.
15 Tum timebunt gentes nomen domini,
que nunc insultant nobis: et quotquot sunt
reges in tota terra, venerabuntur maie-
statem illius.
19 Vbi reedificauerit dominus Sion, cõspi-
cuus apparebit maiestate sua.
17 Conuertit se ad precationem propter cau-
sas iustissimas dolentis, neq enim fieri po-
terit, vt contemnat preces eorum, qui se con
uertunt ex animo ad illum.
18 Scribatur hoc propter posteros, vt populꝰ
qui nascetur, laudet seruatorem dominum.
19 Dignatus est enim respicere nos e sum-
mo loco, dominus e celis in ipsam blq ter-
ram prospexit.
20 Vt audiat gemitum eius, qui vinctus de-
tinetur: vt liberet a vinculis eos, qui mor-
ti fuerant destinati.
21 Vt habeant occasionem commemorandi
in Sion nomen domini, et laudes illius in

Hierusalem.

22 Quodfiet cum simulcolletti fuerint populi,et facti cõcordes,et vnanimiter regna cultum domini receperint.

23 Interim non cessant atterere,quocunque me verterem, vires meas, et abbreuiare dies meos.

24 Quare dicã, mi deus ne me hinc sustuleris dimidio dierum meorum,quum paucissimi sint,et anni tui nunquam vlla generatione finem sint habituri.

25 Tu eras priusquam terre fundamẽta iacerẽtur,et celi ipsi opus sunt manuũ tuarũ.

26 Ipsi peribunt, tu vero stabilis persistes. et alia omnia, quemadmodum vestis atterẽtur,et veluti palliũ mutabis ea, et tuo imperio cedere cogentur.

27 Tu vero ipsissimus ille es,qui semper fuisti:et anni tui fine carebunt.

28 Filij seruorum tuorum secure habitabũt, et illorum filiorum filij fauore tuo in officio continebuntur.

Ipsius Dauid 103.

Vide anima mea. Psal.ciij.

1 Gratias age anima mea domino, et quicquid est virium intra me, nunq̃ cesset laudare sanctissimum nomen eius.

2 Gratias age anima mea domino, nec sinas vnquam excidere memorie tue illa tam varia, que in te contulit beneficia.

3 Gratias inquam age ei, qui remittit omnem iniquitatem tuam quantumuis varia sit, et sanat omnem egritudinem tuam.

4 Qui redimit ab interitu cui destinata fuerat, vitam tuam: qui coronat te, et veluti regem facit benignitatis in te, et pietatis officijs.

5 Qui quantum boni os tuum appetere potest, abunde suppeditabit tibi: cuius beneficio quemadmodū aquila, que rostrum ob vetustatem nimis aduncum abijcit, et iuuentam recipit, tu quoque ob peccatū squalida, & senescens florem iuuentutis recipies.

6 Iusta sunt quecunq; facit dominus, nec sine summo iudicio premi ad temp⁹ sinet iustos plurimos: nouit eñ ipse eiusmodi mala bonis alijs longe melioribus quam mala illa erant, compensare.

7 Ipse docuit Mosen precepta viuendi recte, et Israelitis consilia sua concredidit.

8 Benignus et misericors est dominus, et abira q̄ alienissimus: ad beneficentiam vero supra q̄ dici potest propensus.

9 Quamuis inimicitie inter nos et illū sint, non tamen future sunt perpetue: neq; memoria retinebit perpetuo iniurias quibus illum affecimus.

10 Nec enim afflixit nos vnquā pro magnitudine peccatorum nostrorum, neq; pro scelerum nostrorum multitudine penas vnq; sumplsit de nobis.

11 Quamuis enim maxima sit celi a terra distantia, maior tamen est multo benignitas eius in illos, qui eum reuerentur, etiam si peccent in eum subinde.

12 Longius q; abest Oriens ab Occidente, amouit a nobis scelera nostra.

13 Sicut pater obliuisci non potest affectus paterni, sed miseret illum filij etiam dum flagellat ipsum: ita dominus nūquam desinet esse misericors in eos, qui reuerentur illum.

14 Ipse enim nouit stulta delideria nostra: et in memoria habet qđ puluis simus omnes nos.

15 Homuncio miserabili feno in vita sua similis est, et non aliter, q; flosculus aliquis ad tempus florebit.

16 Qui vbi vento aliquanto durioꝛe attactus

fuerit,emarcescet,& auelletur a loco suo,nec
locus ille magis agnoscet ipsum postea, ꝙ
si nunquam floruisset ibi.
17 Benignitas autem domini ab eterno fuit,
et in eternum durabit erga eos,qui reuerẽ-
ter colunt illum: et iustitiam eius experien-
tur non solum ipsi qui colunt illum,sed filij
ipsorum et filiorum filij.
18 Comitabitur eos iustitia domini, vt ser-
uent pactum initum cum ipso:et sic memo-
res sint mandatorum ipsius, vt opere com-
pleãt illa.
19 Dominꝰ in celo firmauit solium suum, et
potestas eius regia ad omnia se extendit.
20 Quare cum gratiarum actione laudate il-
lum angeli ipsius: quotquot militatis sub
ipso, qui prediti viribus exequimini man-
data ipsius,et cogitis cuncta obedire voci,&
imperio ipsius.
21 Cum gratiarũ actione laudate illũ,quot-
quot militatis sub illo satellites illius, qui
exequimini quecunꝙ fieri vult ille.
22 Laudate dominũ vniuersa opera ipsius,
quecunꝙ vlquam estis vllo loco: omnia enĩ
subiecta sunt imperio illius:lauda et tu ani
ma mea dominum.

104.

Bñdic. anima mea. Psal.ciij.

1 LAuda anima mea dominum, domine mi deus magnus factꝰ es supra modum: et tanquam maiestate et gloria indutus, exornatus es vndiq.

2 Indues lumen tanquam vestimẽtum, extendit celum tanquam tentorium.

3 Qui tegit aquas superemas partes illius. qui vtitur nubibus pro vehiculo. volat velocius. quam si alas haberet ex vento.

4 Qui facit angelos suos spiritus. et ministros suos ignem vrentem.

5 Fundauit terram super bases suas. non inclinabitur in seculum seculi.

6 Abyssus sicut vestimentum amictus eius. super montes stabunt aque.

7 Ab increpatione tua fugient. a voce tonitrui tui formidabunt.

8 Ascendunt montes. et descendunt campi in locum quem fundasti eis.

9 Terminum posuisti quem non trans-

10

11

12

13

14

15

16

gredientur:nec vnquam sine iussu tuo tentabunt cooperire terram.

10 Qui deducit fontes in fluuios, qui deinde inter altissimos mõtes defluẽt rapidissime.

11 Potabunt ex eis generis omnis animalia que in agris degunt, sedabũt onagri sitim suam ex illis.

12 Supra fluuios ipsos, aues que in aere volitant nidulabuntur, ex mediis arborum ramis cantillabunt.

13 Humectat montes ex nubib⁹, quas in aere velut edissimo loco suspẽdit: ex exabũdãtia frugum, que opera tua prouenient, saturabuntur, quecunq; deguntin terra.

14 Prouenire facit sua spõte fenum in vsum brutorum animantium, et ad culturam hominus, reliquam segetem, vt accipiat cibũ sibi, quem terra produxit.

15 Prouenire facit et vinum, quod exhilaret cor hominis variis miseriis obnoxij: oleũ preterea quo hilarior reddatur vultus illi⁹, et panem qui cor hominis confirmet.

16 Humoris summa copia suppeditabit arboribus maximis, et cedris que prouenuunt in Libano tã alte, vt ipse videri possit plantasse illas.

17 In quibus nidulãtur passeres. ciconiani dum suum ponit in abiete.

18 Montibus excelsis gaudẽt cerui: ad rupes confugiunt erinacij.

19 Fecit lunam certis modis, & tẽporib⁹ mutabilem: Sol nouit tẽpus occasus sui, ablq; tali, qua luna mutatur variatione.

20 Posit Solis occasionem induces tu domine tenebras, et sequetur nox, in ea proferent sese animalia, que per diem in syluis hominum causa latuerant.

21 Catuli leonum rugientes, ad prẽdam sese tum accingent, vt impetrent ab omnipotẽti deo cibum, quo indiget natura illorum.

22 Iterum exorietur Sol, et rursum recipient se turmatim in antra sua, vt cubent per diem.

23 Cubãtibus illis, homines qui per noctem quieuerant, egredientur ad perficienda opera sua, et ad culturam agrorum suorũ vsq; ad vesperam.

24 Quam eleganti sunt varietate distincta opera tua domine, nihil non summa sapiẽtia condidisti, plena est terra barijs possessionibus tuis.

25 Et hoc ingens mare, cuius littora tanto a

se mutuo distãt spatio, innumerabilem habet pisciũ et aliorum, que degunt in eo multitudinem.

26 Per ipsum trãseunt naues, et ipsi ceto eas dires tribuisti, vt ridere audeat, et contẽnere reliqua, que degunt in mari omnia.

27 Hec omnia expectant te, vt tu des illis cibum nature cuiuscq illorum conuenientem, idcq tempore oppoztuno.

28 Ubi tu illis supeditaueris, colligent, vbi manum tuam aperueris, ad saturitatem vlcq implebuntur cibo pro natura vnius cuiuscq optimo.

29 Si vero iratus auerteris faciẽ tuã abeis, cõtinuo turbabũtur: & si spiraculo illo vite, quod insufflasti, spoliaueris ea interibũt, et in terram vnde sumpta fuerant, resoluent.

30 Iterum insufflabis spiritum tuum in eãdem terram, et creabuntur alia in locum illorum, que interierunt, et innouabis superficiem terre.

31 Durabit autem maiestas domini perpetuo, oblectabit se dominꝰ hac operum suorum varietate.

32 Illiꝰ maiestas erit ypetua, qui vbi terrã ipsam vel semel aspexerit, statim tremiscet.

et si vel leuiter montes attigerit, pre metu fumabunt.

33 Quare dominum cantabo per omnem vitam meam: psalmis celebrabo deum quoad vixero.

34 Grata sit illi cantio mea, vt gaudere liceat mihi, q habeam propitium dominum.

35 Extirpabũtur sceleratiex ipsa terra, & impij, quoad nullus sit reliquus: tu vero lauda dominum o anima mea: Halleluia.

105.

Confitemini domino. ps. ciuj.

1 Celebrate dominum, inuocate nomen illius, facite sciant extere natiões admiranda stratagemata illius.

2 Cantate illum voce, psallite in honorem illius musicis instrumẽtis: enarrate hec tam varia et admiratione digna opera illius.

3 Gratulamini vobis propter augustissimũ illud nomen domini, cuius tam insigniter numen experti estis: gaudeant corda sanctorum domini, qui placere studeant illi.

4 Querite dominum, et robur impetrate ab illo: studete comparare vobis fauorem illius assidue.

5 In mẽoria habete, q mirabilium operũ author fuerit, & q stupẽda designauerit, quãq

equalint oia, que locutus est ore suo vnō.
6 Posteri Abraham cultores illius, filij Jacob electi sunt ab illo.
7 Ille est dominus deus noster, qui iudicandi potestatem habet per vniuersam terrā.
8 Memínit pacti sui, nec obliuiscet eiꝰ vnī: quicquid enim promisit, constantissime seruabit, etiam si mille sibi mutuo generationes succedant.
9 Memor erit huius federis, quod percussit cum Abraham, et iuramenti, quo ipse se astrinxit Isaac.
10 Et quia firmum id esse voluit, certa veluti lege obligauit se Jacob, et Israeli perpetuo fedære astrinxit se.
11 Tibi inquiens dabo terram Canaan, vt eam possideas, veluti hereditario iure, & tāquam patrimonij tui portionem.
12 Quamuis numero essent paucissimi, imo propemodū nulli, et in terra illa peregrini.
13 Et proficiscerentur peregrinorum more ex vna natione in aliā, ex vno regno ad populum alterius regni, morum ab altero lōge diuersorum.
14 Nunquam tamen permisit vt quisquam hominū vim faceret illis: quin potius cor-

ripuerit illorum causa reges.

15 Ne attigeritis inquiẽs Christos meos et in prophetas meos, videte ne litis iniurij.

16 Et quum aduocasset famem in terram illam, in qua peregrinabãtur, et omne illud quod ad panem conficiendum conducere solet, perdidisset.

17 Tum premisit ante eos virum: seruituti mancipatus fuit Joseph, et venditus ab eisdem illis, in quorum gratiam a domino premittebatur.

18 Constrinxerunt compede pedem eius, ferro afflicta fuit vita illius.

19 Usq; ad tempus, quod id euenit, quod decretum illi a deo fuerat, sermo videlicet ille, quem suggessit illi dominus, qui et liberauit illum, et a squalore carceris purgatum reddidit illum.

20 Misit rex, et solui iussit illum, is qui imperium habebat in populos plurimos: rationem habuit illius, qui in carcerem coniunctus fuerat, et liberari iussit eũ, solutis quibus detinebatur, vinculis ferreis.

21 Statuit illum dominum regie dom⁹ sue, et imperium dedit illi in omnia, que possidebat ipse.

22 Liberum fecit illi etiam principes regni coniscere in vincula, et multo seniores, sapientiam discere voluit ab illo, et cedere in omnibus illi.

23 Et ingressus est in Egyptũ Israel, & Jacob peregrinus fuit in terra Cham.

24 Et auxit ibi dominus populum suum vehementer, multitudine & viribus fortiorem fecit ijs, qui seruitute premebant illum.

25 Immutauit animos illorum, vt odio prosequerentur populum suum, et dolos meditarentur aduersus seruos suos.

26 Quare misit Mosen seruum suum, Aarõ ipsum quem elegit.

27 Hi ediderunt inter illos, prescriptis ab ipso verbis, signa que iusserat ipse, et portenta in terra Cham.

28 Immisit tenebras, & caligine inuoluit omnia: bona enim fide executi sunt abẽq; vlla rebellione, quicquid ab ipso deo iniunctum fuerat illis.

29 Mutauit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces illorum.

30 Produxit terra illorum ranas, in ipsis penetralibus regum illorum.

31 Iussit, & subito prodijt omnis generis ma

xima muscarum copia, et scinifes extiterũt de improuiso in vniuersis terminis regni illorum.

32 Immisit illis pro pluuia grãdinem, ignẽ flamma vndique corruscantem in terram illorum.

33 Et percussit vineam et ficum illorum, et confregit quicquid fuit vsquam arborum in finibus illorum.

34 Iussit et continuo extitit locustarum maxima copia, et bruchorum innumerabilis multitudo.

35 Hec bastauerunt quicquid virebat vsquã in terris illorum, et vorauerunt fructũ omnem, quem terra producere ceperat illis.

36 Percussit preterea omne primogenitum in terris illorum, precipua omnium laborum, propter que in agris colendis sudauerant.

37 Verum eduxit illinc suos onustos argento et auro, nec erat in tribus illorum quispiam infirmus.

38 Gaudebat Egyptus in abitu illorum, propterea qõ vehemẽter metuebat sibi ab illis.

39 Expandit nubem, que esset illis instar vmbraculi per diem: et ignem incendit, qui lumine suo pelleret tenebras per noctem.

40 Postulauerunt, & induxit coturnicum ma
ximam vim, et pane. contra naturā in aere
nato. ad saturitatem vlq; impleuit illos.
41 Aperuit arentem petram, et maxima co-
pia effluxerunt aque, et labebātur instar flu
minum per loca arentia.
42 Memor enim fuit eius, quod promiserat p
sanctitatem suam Abraae seruo suo.
43 Quare eduxit populum suū cum gaudio.
et cum exultatione electos suos.
44 Et dedit illis terram gentium, et labores
populorum ipsi possederunt.
45 Vt aliud pro omnibus his a billis requi-
rebat, q̄ vt parerēt statutis ipsius, et legem
ab ipso latam non violarent: Halleluia.

Halleluia. 106.

1 Celebrate dominum, quia benignus
est, nec vllo tempore finem capiet mi-
sericordia illius. Cōfitemini dño quoniam. Psal. cv.
2 Quis eloqui poterit potētiam domini, aut
commemorare alijs, q̄ vere sit omnium oda
laude dignissimus?
3 Felices sunt illi, qui seruant equitatem a
deo prescriptam: & quisquis ex eo prescripto
iustitie facit que facit, omni tempore.
4 Recordare quesso mei domine cum eo fa-

uore, quo prosequi soles populum tuum: inuise me, et diuine salutis tue participem fac me.

5 Vt videã et frui liceat bono, quo hi fruũt, quos elegisti tibi, vt gaudeam quomodo gentes, que chare sunt tibi gaudere solent: vt oblectem me vna cum populo, quem tibi veluti hereditario iure conquisiuisti.

6 Peccauimus et nos omnes, et patres nostri, multa inique gessimus, nec ab ipsa impietate abstinuimus.

7 Patres nostri in Egypto nõ prudẽter expenderũt illa stupenda, que proillis designaueras ipse: non diu memores fuerũt omnimode, quam toties experti fuerant, clementie tue, sed rebellauerũt potius iuxta mare, et in ipso mari rubro.

8 Ipse tamẽ seruauit eos habita magis ratione augustissimi nominis sui, q̃ eorum, qui saluti indigni erant, vt doceret reipsa omnipotentiam suam.

9 Comminatus est mari rubro, et continuo exaruit: et perduxit eos per profundissimas aquas tanquam per desertum.

10 Et liberauit eos a tyrãnide eius, qui illos odio habebat, & redẽit eos a violẽtia inimici.

11 Et cooperuerunt aque hostes illorum, vt ne vnꝰ quidem ex omnibꝰ reliquus fuerit.

12 Tunc quidē credebant verbis illius, et cantabant laudes illius.

13 Uerū non diu perstiterunt in fide, sed paulopost mutati sunt, et in obliuionem venerunt ipsis opera illius, non expectauerunt consilium illius.

14 Concupiscētia exarserunt in deserto, et periculum facere conati sunt, an vere potens deus esset in ipsa solitudine.

15 Ipse certe tribuit illis q petiuerāt, sed magno ipsorum malo: morte enim mulctauit gulam illorum.

16 Et exacerbauerunt Mosen in castris, ipsum Aaron consecratum domino.

17 Aperta est terra et absorpsit Datā, & cooperuit eos, qui cōspirauerant cum Abiran.

18 Subito exarsit ignis in cetu illorum, flamma exussit impios.

19 Fecerūt sibi vitulum in Horeb, et prostrauerūt se supplices ante statuam, quam ipsi conflauerant.

20 Et mutauerunt diuinam maiestatē, que gloria illorum fuerat: in simulachrum bonis victitantis feno.

21 Obliti sunt dei, qui seruator ipsorum erat, et qui designauit magna in gratiam ipsorum inter Egyptios.

22 Stupenda in terra Chan, admiratione dignissima iuxta mare rubrum.

23 Quare dixerat se funditus subuersurum eos, et fecisset, ni Moses vir ille clarissimus obstitisset in media vastatione, et placasset iram illius, fecissetq; ne perderet illos.

24 Nihil his omnibus facti meliores spreuerunt terram desiderabilem: nec enim crediderunt verbis illius, quib⁹ promiserat daturum se illam.

25 Murmurauerunt enim in tentoriis suis, nec obediuerunt precepto domini.

26 Quare tãquam grauiter percussurus extulerat in altum manus suas contra illos, vt prosterneret illos in deserto.

27 Vt et posteros illorum corruere faceret inter impias gentes, et dispergeret eos per regiones varias.

28 Et subdiderunt sese iugo Baal Phegor, et comederunt sacrificia oblata in venerationem mortuorum et nihili deorum.

29 Quibus rebus ad iram prouocauerũt eũ, et seuijt in illos pestis.

30 Exti tit autem Phinees,et suppliciū sum-
plit de transgressoribus, et pestis cessauit
continuo.
31 Et reputatum est hoc illi ad iustitiam in
generationem et generationem vsque in
perpetuum.
32 Iterum irritauerūt eū iuxta aquas con-
tentionis, vbi et male affectus fuit Moses
ipse propter illos.
33 Exacerbauerant enim animum illius,et vacil
lauit quomodo labijs suis.
34 Nec perdere igitur potuerunt populos,de
quibus loquutus fuerat dominꝰ ad ipsos.
35 Sed ipsi potius dispersi sunt, et captiui
abducti a vicinarum regionū populis, vbi
et viuere didicerunt secundū impiorum mo
res illorum.
36 Coluerunt enim sculptilia illorum, que
res eis sepe cessit male, et fuit abscurdorum
eis causa malorum.
37 Eo enim demētie eiusmodi disciplinis per
uenerunt, vt filios suos et filios cacodemo-
nibus obtulerint crudelissimis.
38 Et effuderint sanguinem innoxium filio
rum suorum & filiarum,quos mactauerāt
ante statuas Chanaā, et polluerunt ipsam

terram, que execrata eam abominationem
veluti inuita sanguinem illorum insontum
suscepit.

39 Et abominabiles facti sunt ꝑpter sceleratā opera sua, et idololatre studijs suis.

40 Quare exarduit veheměter dominus in populum suum, et abominatus est hereditatem suam.

41 Et tradidit eos diripiendos gentibus, domini facti sunt eorū, qui capitali odio semper prosecuti fuerant eos.

42 Et grauissime afflixerunt eos inimici eorum, & miseri facti sunt tyrannide illorum.

43 Sepissime numero liberauit eos: verum ipsi semper sibi similes perrexerunt esse rebelles, et sua potius quam diuina consilia sequi: quare miserrimi facti sunt propter scelera sua.

44 Attamen respexit quum pessime esset eis, et quum audiret eiulatus eorum.

45 In memoriā reuocauit fedus, quod percusserat cum eis, pro inexhausta misericordia sua penitentia ductus est.

46 Et effecit, vt gratiosiores essent apud illos, qui captiuos abduxerant eos.

47 Saluos fac nos domine deus noster, & col-

Lige nos ex varijs illis nationib⁹, per quas dilperli sumus: vt laudare sine impedimẽto possimus augustissimum nomẽ tuum, et occupati in veneratione tui, laudibus te (vti equum est) efferre.

48 Omni laude maior dnus⁹ deus Israel, ab eterno et vsq; in perpetuum: itaq; dicat omnis populus Amen. Halleluia.

107.

1 LAudate dominũ quod benign⁹ sit, nec vllo seculo non clementissimus. Cõfitemini dño. Psalm. cvj.

2 Fateatur hoc, quos sepe redemit dominus, quos liberauit a tyrannide opprimẽtium eos.

3 Quod e varijs regionibus in vnum collegit, ab Oriente, Occidente, Aquilone, et Austro.

4 Qui antea errauerant per loca deserta et inuia: nec viam, que duceret ad ciuitatem, qua recipi possent, inueniebant.

5 Qui famẽ patiebãtur et sitim, quorũ anima intra ipos merore affecta cruciabatur.

6 Clamauerunt ad dominum quum egre esset illis: ipse vero ex malis omnibus liberauit illos.

7 Et ostendit illis viam rectam, qua ire possent ad ciuitatem cõmodissime habitabilẽ.

8 Celebrent dominum cum gratiarũ actione cũcti, ob insignem misericordiam illius, et mirabilia opera, que designauit in gratiam posterorum Ade.

9 Cibum suppeditauit ad saturitatem vsq; laborantibus fame, et animam famelicam impleuit bono, quo indigebat.

10 Quum sederent in tenebris et horrore mortis, calamitosi et vincti ferro.

11 Propterea q; deseruissent admonitiões dei salutares, et consilio eius, qui est supra omnia, contempsissent.

12 Afflixit quidem molestissimis curis animas illorum: corruerũt enim, nec fuit quisquam, qui eis aut posset, aut succurrere vellet.

13 Verum quum iterũ clamarent implorantes auxilium domini, quantumuis res eorum pessimo essent loco: ipse tamen e malis omnibus quibus in angustias extremas redacti fuerant, liberauit eos.

14 Eduxit eos e tenebris et horrẽda, que mortem ipsam minitabatur caligine: et vincula, quibus vincti fuerant, rupit.

15 Quare confiteantur dominum esse misericordissimum propter hec et alia inumera, que i gratiam posterorum Ade designauit admiratione dignissima.

16 Qui fregit portas ereas.et vectes ferreos comminuit.

17 Ipsos tamē in stultitiā persistere fecit pectandi libido: quare propter iniquitates suas affligebantur.

18 Omnem cibum abominata est anima illorum.et appropinquauerunt vsq; ad ianuas mortis.

19 Uerum quum iterum clamarent ad dominum afflicti grauissime, ipse eos eripuit ex malis eorum omnibus.

20 Immisit verbum illud salutare suū, quo sanatos esse voluit eos: et liberauit eos ab omnibus, quibus grauissime premebātur, malis.

21 Quare agnoscant domini immensam clementiam,et opera stupēda: que fecit in gratiam posterorum Ade.

22 Offerant tibi sacrificia grati animi, quibus agnoscant beneficia tua domine, et cōmemorat apud alios opera tua libenter et palam.

23 Qui mare ingrediũtur nauibus, et negotiantur in aquis illis vastissimis.

24 Illi reipsa didicerũt, qualia sint opera domini, & quam admiratione digna que fiunt ab ipso in profundo mari.

25 Quoties enim libitũ fuerit illi, excitat vento tempestatem maximam, et extollit fluctꝰ illos maris vastissimi.

26 Quibus subleuati vectores vna cum nauibus ascendere in celum vsqꝫ videntur, & iterum veluti in barathrum precipitari, quorum animi soluuntur pre metu.

27 Raptabuntur nunc huc, nunc illuc, et motabuntur non aliter, ꝙ ebrius: & quantumuis alioqui variarum rerum periti et sapientes fuerint, ibi sapientia destituet eos.

28 Nec relinqua illis in vllo alio spes erit ꝙ in solo domino, ad quem in periculis constituti si clamauerint, ipse ex angustijs in locum spatiosum educet eos.

29 Continuo enim cessabit tempestas, sequetur serenitas, & subsidẽt fluctus illi maris.

30 Et merito gaudebunt ꝙ subsederint, deducet vero eos dominꝰ recta in eam regionem, quam ipsi nauibus petebant.

31 Quare fateantur dominum esse clemẽtis-

simum, cuius tam extãt opera stupẽda inter posteros Ade.

32 Et laudibus extollant illum in frequentia populi, et in concessu senum prædicẽt illũ.

33 Qui dum vult potestatem habet, vt flumina exiccet: et fiat terra ob sterilitatem deserta et fluenta aquarum commutentur in siccitatem et sitim ipsam.

34 Et contrario terram olim fructiferam immissa salsugine reddere sterilem, ob scelera eorum, qui inhabitabant eam.

35 Terrã item ob sterilitatem olim desertam, aquarum riuulis irrigare: et ob nimiam siccitatem damnatam, fluẽtis aquarum donare.

36 Et inducere in eam colonos antea famelicos, qui cupiant post eam mutationem condere ciuitatem illic et inhabitare eam.

37 Et semẽ iacere i agros illos nouos, et plãtare vineam, que fructũ proferat annum.

38 Dominus autem conatus illorum fecundabit, vt diuites fiant valde, et efficiet ne pecora illorum vel morbo, vel alia calamitate minuantur.

39 Vbi vero ob scelera iterum eos punire voluerit, paucissimi fient et abiectissimi, pro-

pter variam oppressionem, calamitatem.et anxietatem.

40 Efficiet, vt qui presunt eis infames fiant. et sine authoritate: quo fiet vt subditi errẽt per loca vacua et inuia.

41 Sed pauperem defendet ab iniuria: et augebit familiam illi⁹, quemadmodum grex ouium augeri solet.

42 Videbunt et obseruabunt huiusmodi mutationes homines recti, et gaudebunt scelerati vero et male sibi conscij non audebunt mutire.

43 Vtinam sint multi sapientes, qui obseruent eiusmodi, vt intelligantur passim ab omnibus beneficia, et misericordie domini.

Psalmus Dauid 108.

Parat⁹ cor meũ de⁹. Psalm. cvij.

1 Constanti sum animo deus: qua et voce cantabo,et psallam instrumentis musicis,idq; ex animo.

2 Prosper te nabluin et cythara, vt excitem ipsam auroram.

3 Celebrabo te carminib⁹ apud populos varios domine, & psalmis cantabo te, vt fama nominis tui in varias spergatur natiões.

4 Maior est enim clementia tua,quam est distantia celi a terra, et vsq; ad nubes pertin-

gitconstantia tua in prestandis promissis.

5 Exaltare supra celos deus, & appareat per vniuersam terram maiestas tua.

6 Vt liberentur e malis amici tui: salutē adfer dextera tua. et responde votis meis.

7 Deus promisit per sanctitatem suam, quo res me maximo gaudio affecit: promisit inquam distributurum me Sichē, et vallem Sucot dimensurum.

8 Ad me pertinebit Galaad, meus erit Manasses, Ephraim fortitudo capitis mei, Juda vero dux meus.

9 Moab olla ablutionis mee, in Idumeam proiiciam calceum meum, subiectur⁹ illam mihi: vsq; ad Philisteos exultās peruenīā.

10 Quis perducet me vsq; in ciuitatem munitam? Quis deducet me vsq; in Idumeā?

11 Profecto tu qui oblitus videbaris nostri, & nonituras cum copijs nostris in prelium?

12 Tribue quesumus factus placatior auxilium nobis, vt hostem superare queamus: vana est enī salus, que exspectat ab homine.

13 Heri diuino auxilio pugnabimus fortiter: ipse enī conculcabit aduersarios nros.

Iplius Dauid Psalmus

109.

Deus laudem ne tacueris. Psal. cviij.

1 DEus author & materia gloriationis mee, ne quaeso dissimula.

2 Os enim suum impius et homo fraudulentus aduersum me aperuerunt, vbi sunt apud me lingua mendaci.

3 Uerbis ab odio profectis omni ex parte aggressi sunt me, sine vlla causa oppugnauerunt me.

4 Quum ego illos amore prosequerer ipsi perdere conabantur me: ego vero hoc videns ad precationem recurri, non habens perfugium aliud.

5 Rependerunt enim mihi malum pro bono, et odium pro amore meo in illos.

6 Prefice ergo illi virum impium, et angelus vexator astet ad dexteram illius.

7 Quum causa illius tractata fuerit in iudicio, non abeat illinc nisi impietatis condemnatus, et precatio illius magis exasperet iudicem, et augeat peccatum potius, q̃ remissionem impetret.

8 Sint dies illius pauci, et prefecturam illius accipiat alter.

9 Fiant filij illius orphani, et vxor illius vidua.

10 Curlitent sursum et deorsum filij illius

vt mendicent, et pre penuria rei familiaris reiectus domibus suis vacuis, cibum querere cogantur mendicato.

11 Perdat exactor quicquid pertinet ad illum, & diripiant extranei, quicquid suo labore cõquisiuerat ipse.

12 Nec sit quisquam, qui vllum humanitatis illi prestet officium, vel quem misereat liberorum illius.

13 Sit finis illius interitus: in generatione que proxime mortem sequetur deleatur, et nomen illius et filiorum.

14 Reuocetur in memoriam iniquitas progenitorum ipsius apud dominum, et peccatũ matris illius non deleatur.

15 Sint hec veluti ob oculos posita domino: sed in obliuionem veniat apud homines, q terram incolunt, si quid gessit vnquam dignum memoratu.

16 Propterea quod ne semel quidem in mentem venit illi pietatis erga proximum exercende: sed persecut⁹ est virum afflictum, humano auxilio destitutum, et fractum animo, vt occiderent illum.

17 Amauit enim immanitatẽ, et continget illi: odio habuit humanitatem, et procul

recedet ab illo.

18 Omni ex parte armauit se maledicentia, & tanquam veste sua contexit ea sese, et penetrauit quemadmodum aqua, quam quis bibit, vlq; in penetralia ventris, imo velut in ossa illius.

19 Quare fit illi (quia ita voluit) veluti pallium, quo cooperire totum solet sese, et veluti cingulum, quod totum ambire hominem consueuit.

20 Hec sit merces eorum a domino, qui male volunt mihi, et qui exercent caninam facūdiam suam in perniciem meam.

21 Interim tu domine deus tracta me p genuina clemētia tua: que nomini tuo respōdet: et quia tam benigniter misericors es in omnes, libera etiam e malis me.

22 Quia pauper et humano presidio destitutus ego sum, et cor meum pre merore languet intra me.

23 Sicut vmbra, que inclinate iam die assidue crescit, et tenebris noctis propinquior fit, ita et ego abij, et abeo assidue magis, interim vagari cogor de loco ad locum, quemadmodum locusta saltat nunc huc, nunc illuc, nullam certam habens sedem.

24 Genua mea nutãt, pre ieiunio, & caro mea exuta est pinguedine.

25 Quicquid facio ludibrio sum illis: quoties vident me, moto capite rident me.

26 Suppetias fer mihi domine mi deus: salutem adfer mihi pro inexhausta benignitate tua.

27 Vt sciant non illos suis viribus hoc potuisse contra me: sed quia tibi visum fuit ad hunc modum patientiam meam exercere domine.

28 Exercentur et male velint mihi (modo faueas tu) nihil poterunt enim: si insurrexerint in me, in ipso conatu deficient, et infames fient, seruus autem tuus gaudebit.

29 Contegãtur vndiq; ignominia veluti veste aduersarij mei, et induantur toti tanquã pallio, infamia qua digni sunt.

30 Celebrabo dominũ totis viribus ore meo, et in medio multorum palam laudabo illũ.

31 Astitit enim ad dexteram egeno, vt defenderet et seruaret illum a violẽtia eorum, qui falso iudicio perdere conabantur illum.

Ipsius Dauid
Psalmus
cx.

Dixit dñs dño meo. Psalm. cx.

1 DIxit dominus domino meo, sede a dextris mihi: quoad fecero qui nūc sunt inimici tui tam subiectos, vt conculcare illos pedibus possis, non aliter quam scabellum solet.

2 Robur fortitudinis tue emittet dominus ex Sion: itaq; dominare, inuitis omnibus, in medio hostium tuorum.

3 Populus tuus spontaneas offerret: et liberales oblationes tibi, quo tempore apparebit oipotentia tua: et omnimodus ille decor, qui te comitabitur: ante auroram enim decidit, qui gratiosissimum te faciet omnibus, ros natiuitatis tue.

4 Iurauit dominꝰ, nec vnq; penitebit eum: tu eris sacerdos in perpetuum, iuxta ritum a me prescriptum Melchisedech.

5 Dominus astans tibi a dextris percussit reges, quum iracetur illis propter te.

6 Supplicium sumet de gentibus que rebellabunt tibi, plena erunt omnia cadaueribꝰ: percutiet hostium tuorum caput, cuius ditio latissime extenderat sese per terram nobilissimam.

7 Et flumine in transitu bibet, propterea exaltabit caput.

Halleluia III.

1 OMnia mea domino accepta referam ex toto pectore, palã in cetu et congregatione iustorum. Confitebor tibi. Psal.cx.

2 Magna sunt opera dñi: quod cõstat omnibus illis, qui pro studio scrutantur ea.

3 Laude et honore dignum est, quicquid facit dominus: a genuino enim sua iustitia recedere non poterit vnquam.

4 Effecit ne vnquam perire possit memoria operum suorum tam mirabilium, misericors ipse et pius dominus.

5 Spolia hostium diuisit cultoribus suis, in memoria habebit pactum suum perpetuo.

6 Quanta fuerit opus potentia prius quam fieri potuerint, que fecit, ostendit re ipsa populo suo: quum daret illi possessiones aliarum nationum pulsis illinc illis, quorum fuerant antea.

7 Opera manuum illius fidei, et equitatis sunt plenissima: optima fide statuit, et vtiliter quecunq; statuit.

8 Confirmata sunt: nec conuelli poterũt vllo vnquam seculo: decreta enim ab eo sunt optima fide, et summa cum equitate.

9 Liberationem attulit populo suo, decreuit

perpetuo duraturum pactū, quod iniſt cum ſuis, is cuius nomē ſanctiſſimum eſt et auguſtiſſimum.

10 Initium ſolide ſapientie eſt timor, quo reuereamur dominum, et prudentia ſalutaris manet illos, qui ſeſe exercent in his: laudem enim aſſequentur perpetuo duraturā.

Halleluia CXII.

Beat⁹ vir qui timet. Pſal. cxj.

1 BEat⁹ vir qui reueretur dominum, in mandatis illius inueniet: quibus oblectare ſe poterit mirifice.

2 Potēs in terra erit ſemen illius, generatio cāndida domini beneficio beatiſſima erit.

3 Abundantia et diuitie in domo illius, iuſtitia illius ſtabilis erit perpetuo.

4 Exorietur, aliis deſidentibus in tenebris, lux rectis: clementi videlicet, pio et iuſto.

5 Felix vir qui miſericordia mouetur erga pauperes, et mutuo dat: dabit enim illi dominus eam prudētiam, vt diſpenſare ſciat reliqua, que tractāda illi erūt, cum iudicio.

6 Nunquam loco ſuo mouebitur, et in memoria erit perpetua: tanquam vir iuſtus.

7 A rumore mali alicuius appropinquātis nihil metuet ſibi, conſtans enim erit perpetuo animo⁹ ei⁹: et propterea quod propriuum

habeat dominum imperterritus.

8 Animo erit prælenti, nec quẽquam timebit: quin potius tãdem bilurus est in hostibus suis, qualia quiuis alius vellet in suis.

9 Elargitus est suis pauperib⁹, quare iustitia illius stabilis erit perpetuo: et cornu illi⁹ augebitur assidue cum gloria.

10 Impius aspicere cogetur hec, et habebunt illum pessime: frendet dentibus et contabescet: studium impiorum, quo nocere cupiũt pijs, ineficax erit et peribit.

Halleluia. 113.

1 LAudate serui domini dominũ, laudibus efferte nomen domini. Laudate pueri dominum. Psalm. cxij.

2 Celebretur nomen domini laudib⁹, ab hoc tempore vsq; in perpetuum.

3 Ab ortu solis vsq; ad occasum, laudib⁹ merito extolletur nomen domini.

4 Exaltatus est super omnes gentes dominus, et supra celos maiestas eius.

5 Quis similis est domino deo nostro, qui seipsum in altum erigit: vt sedeat quocũq; loco libitum fuerit illi:

6 Et rursus seipsum conuertit ad contẽplãda quecũq; fiant, vel in celo, vel in terra.

7 Qui erigit, quoties vult iacentem in pul-

uere pauperem, et e luto extractum egenũ
preficit alijs.

8 Vt sedere liceat illi inter primores, primo-
res inquam quibus data prouincia est gu-
bernandi populum domini.

9 Qui facit sepenumero, vt domus ob ste-
rilitatem matronę vacua, habitatissima
fiat: et que antea natura fuerat sterilis,
fiat mater ob multitudinẽ liberoꝝ gaudẽs.

Halleluia. 114.

In exi-
tu israel
de egypto
psalm.
cxiij.

I Quum egrederetur Israel ex Egy-
pto, et posteri Jacob relinquérent
populum alterius, quam qua ipsi loque-
rentur lingue:

2 Tunc fiebat Juda particeps sanctimonie
dei, et totus Israel pre ceteris nationibus
ditioni eius subijciebatur.

3 Mare sensit presentiam diuini numinis,
et fugit: Jordanis abijt retrorsum.

4 Montes subsilierunt tanquam arietes, et
colles veluti agni ouium.

5 Quid accidit tibi o mare quod fugeris, o
Jordanis quod receperis te retrorsum?

6 Et vobis montibus quod subsilieritis tã-
quam arietes, et collibus quod exilieritis si-
cut agni lasciuientes inter reliquas oues?

7 Presentia domini in causa fuit, quod ipsa contremuerim tota terra: ille dominus in causa fuit, qui idem deus est Jacob.

8 Qui contra naturā lapidis effecit, vt e petra maxima copia effluxerint aquæ: et e silice veluti e fonte maximo.

115.

1 Non quasi nos mereamur domine, non inquam quasi nos mereamur: sed ne nominis tui maiestas ledatur, libera nos, pro tua benignitate, et fide qua te obstrinxisti ad futurum nobis.

Nō nobis dñe nō nobis. Iste psal. iūgit cum precedēti in cōi edi tione.

2 An equo animo ferre nos diutius poteris, vt qui nos affligunt impij cum iniuria nominis tui dicant, vbi nunc deus est horum?

3 Certe deꝰ noster est in celo, vnde quicquid illi vnquam libitum fuit facere, fecit.

4 Vestre autem statue, quas pro diis habetis, nihil quam argētum sunt et aurum, opera hominis manu facta.

5 Homam os insculpsit illis artifex, sed vlum addere non potuit: nihil enim sonare queunt: oculos preterea ab artifice datos habent, sed quibus nihil omnino videre possint.

6 Aures insuper quibus nihil audiant, nares quibus nihil olfaciant.
7 Manus etiã, sed quibus palpare nequeãt, pedes quibus incedere non valeant: guttur quo nullum sonum edere possint.
8 Similes fiant his statuis, et qui faciunt eas: et quotquot spem suam ponũt in eis.
9 Tu autem Israel spem tuam pone in domino, suppetias enim feret: et veluti scuto proteget, quotquot credunt se illi.
10 Domus Aarõ fidete domino, auxilio eñ erit: et veluti scuto proteget, quotquot credunt se illi.
11 Qui reuerenter colitis dominum fidite domino, nihil desperantes: auxilio enim erit, et veluti scuto proteget illos, quotquot tales sunt.
12 Dominus nunquam nõ pro sua benignitate memor fuit nostri, quare et nunc faciet bene: faciet inquam bene populo Israeli, faciet et bene familie Aaron.
13 Bene etiã faciet quotquot reuerentur dominum, siue parui fuerint, siue magni.
14 Addet ad vetera beneficia etiam noua vobis, vobis inquam et filijs vestris.
15 Chari enim estis vos illi domino, qui au-

thor est celi et terre.

18 Celum hoc ingens, bastum hoc inquam celum: solus absq; humano ministerio gubernat dominus, terre vero posteros prefecit Ade.

17 Non poterunt qui mortui sunt apud viuos laudare seruatorem omnium dominũ: neque illi quorum corpora sepulta sunt, hic inter viuos poterunt preconijs extollere deum.

18 Sed nos quoad vixerimus laudabimus dominum, ab hoc tempore vsq; in finem vite perpetuo. Halleluia.

116.

1 Amaui dominum, quod exauditurũ confidam illum preces meas. Dilexi quoniam exaudiet. Psal. cxv.

2 Olim enim sepe prebuit aurem suam mihi: quare quoad vixero, nõ alio clamoribus meis recurram quam ad ipsum.

3 Cinxerant me funes mortiferi, et presentissima pericula corruendi in sepulchrũ apprehenderant me: nihil preter afflictionem et anxietatem inueneram circa me.

4 Quare ergo auxilium domini implorabam dicens, obsecro domine libera animã meam.

5 Et continuo deprehendi misericordem esse dominum et iustum, et deum nostrum pietatis obliuisci non posse.

6 Custos est dominus eorum, qui per se sapere nõ possunt: quum enim affligerer grauissime: et consilij expers essem, ipse saluauit me.

7 Redi o anima mea ad veterem tranquillitatem tuam, dominus enim pro te persoluit, quicquid debebas tu.

8 Liberasti domine a morte animam meam, oculum meum a fletu: et pedes meos a lapsu.

9 Securus obambulabo post hac sub tutela domini in atrijs eius, vna cum illis, qui viuunt vere.

Credidi propter quod locutus sum. Psal. cxv.

10 Firmissime credidi, quare loquebar confidenter, etiam quum grauissime periclitaret.

11 Imo in trepidatione & summa propemodum desperatione mea constãter dicebam, omnis quidem homo mentitur, et fallere potest, verum deus nequaquam.

12 Quid retribuam domino, cuius tam varia extant in me redemptionis beneficia?

13 Poculum gratiarum actionis pro nouo

hoc salutis genere in altum sustollã, et auxilium domini implorare non desinam.

14 Vota mea vtiq; domino persoluam palã in presentia totius populi illius.

15 Grauare dominus nec temere occidi sinit quenquam sanctorum suorum: charissimi enim sunt illi.

16 Merito te amo benignissime domine, qđ me seruum tuum, me inquam seruũ tuũ, et filium ancille tue dignatus sis, effracto carcere e vinculis eripere.

17 Quare offeram tibi sacrificia, quibus maxime delectaris pro acceptis videlicet beneficijs gratiarum actiones, nec desinam vnquam auxilium domini implorare.

18 Hec vota mea domino persoluam, palam spectante vniuerso populo ipsius.

19 In ipsis atrijs domus domini, in medio Hierusalem. Halleluia.

117.

1 LAudate dominum vniuerse gẽtes, laudibus extollite illum: quotquot vsquam estis populi. Laudate dñm oẽs gentes. Psalm. cxvj.

2 Copiosissime enim vsus est erga nos genuina misericordia sua, & constantia ipsius in promissis duratura est perpetuo.

118.

Confitemini domino. Psalm. cxvij.

1 LAudate dominum, benignꝰ est eñ, et ꝑpetuo duratura est clemẽtia illiꝰ
2 Hateantur ex animo hoc Israel, perpetuo duraturam clementiam illius.
3 Hateantur ex animo posteri Aaron, q̃ perpetuo duratura sit clementia illius.
4 Hateantur ex animo hoc quotquot reuerentur illum, quod nunquam non sit misericordissimus ipse.
5 Quum essem constitutus in periculis, implorans auxilium seruatoris domini, qui et exaudiuit me: et perduxit me in locum spatiosum, idem seruator ille dominus.
6 Dominus adest mihi, quare non timebo quicquid moliatur aduersum me homo.
7 Dominus stat ꝓ me, inter auxiliantes mihi ipse ꝓcipuus est: quare videbo euenire hostibꝰ meis qualia q̃lib̃ optaret suis.
8 Multo est melius spem suam collocare in domino, quam fidere cuiuis hominum.
9 Multo est melius spem suam collocare in domino: quam fidere vlli ꝓncipum.
10 Etiam si varie gentes circundederũt me, nihil solicitus ero: fretus enim auxilio domini facile perdam omnes.

11 Cingant me et diligentissime circundent
nihil tamen metuam, sed fretus auxilio do-
mini perdam omnes.

12 Circundent me tam copiosi et mordaces,
quam esse solẽt examina apum: extinguan-
tur tam subito, quam ignis p stipulas bo-
litans: domini enim fretus auxilio nullo
negocio subuertam illos.

13 Maximo studio conatus est aduersarius
meus sic impellere me vt caderem, verum
dominus auxilio fuit mihi.

14 Fortitudo mea et argumẽtum carminis
mei ipse est seruator dominus: quare confi-
do futurum, vt author mihi fiat omnimo-
de salutis.

15 Tum audietur vox exultationis, et p̃o
adepta salute gratulationis in edibus iu-
storum, dextera enim domini operabitur in
eis fortiter.

16 Dextera domini exaltabitur, dextera do-
mini operabitur fortiter.

17 Non moriar sed viuam, et commemora-
bo opera domini.

18 Docendo diligenter docuit me dominus,
nec morti tradidit me.

19 Aperite mihi portas iustitie, et ingrediar

per eas, et gratiarum actionibus laudabo
seruatorem dominum.

20 Hec est illa porta domini, iusti ingredien-
tur per eam.

21 Gratias agam tibi quod afflixeris me, et
iterum salute donaueris me.

22 Lapidem repudiauerunt edificantes, sed
factus est ille in caput anguli.

23 A domino factum est illud, & est res miri-
fice mirabilis in oculis nostris.

24 Hunc diem fecit dominus, exultemus et
letemur in eo.

25 Quesumus domine serua nos nunc, que-
sumus domine felicitatem adfer nunc.

26 Omni laude maior hic est, qui aduenit le-
gatus a domino ad nos, bene precati sum⁹
vobis et nos e domo domini, et felices iu-
dicauimus.

27 Omnipotens deus, dominus est, et illu-
minauit nos, quare colligate sub diem fe-
stum ramos, et templum ornate vsque ad
cornu altaris.

28 Deus meus es tu, quare cum gratiarum
actione laudabo te, et laudibus te deū meū
extollam.

29 Celebrate dominum, benignus est enim,

et nullo vnquam tempore non misericors.

Psalmus
119.

Aleph.

1 HElices.qui innocenter viuũt in hac vita.et quotquot ambulant secundum doctrinam domini. Beati immaculati. Psalm. cxviij.

2 Helices qui obtemperant admonitionibus illius, et toto pectore student placere illi.

3 Profecto tales nullum scelus admittent, sed recta per vias, quas illi monstrauit, gradientur.

4 Tu preceptisti mandata tua obseruari diligentia summa.

5 Vtinam dirigantur abs te gressus mei, vt possim per omnia obsequi sanctissimis preceptionibus tuis.

6 Tunc enim nunquã pudefierem, sed semper ante oculos haberem vniuersa mãdata tua.

7 Celebrabo te pectore candidissimo, vbi docueris me rationem equitatis tue.

8 Mandata tua obseruabo pro viribus, nisi tu destitueris me auxilio tuo.

ב Beth).

In quo corrigit adolescentior vi.

1 Qua maxime corrigere poterit adolescens licentiosius vite sue gen⁹: nulla magis quã si diligenter obseruauerit verba tua.

2 Toto pectore studui placere tibi, quare ne sinas quesso aberrare me a mandatis tuis.

3 In animo meo repposui verba tua, ne peccem tibi.

4 Omni laude tu maior domine, doce quesso me precepta tua.

5 Labijs meis recensui omnia iudicia profecta ab ore tuo.

6 Modus ordo admonitionum tuarum oblectauit me quantum nulle diuitie.

7 In mandatis tuis exercebo me, et diligenter expendam semitas tuas.

8 In preceptis tuis oblectabo me, nec obliuiscar verborum tuorum.

ג Gimel.

Retribue seruo.

1 Hoc presta seruo tuo, vt viuere liceat et parere mandatis tuis.

2 Aperi oculos animi mei, vt intelligere queã admiranda illa mysteria, que continentur in doctrina tua.

3 Peregrinus sum ego in terra, ne celaueris quesso me mandata tua.

4 Extractus est animus meus pre nimio et perpetuo deliderio cognoscendi equissima iudicia tua.

5 Increpasti acriter superbos, execrabiles fient quotquot aberrant a mandatis tuis.

6 Libera me a probro et contemptu illorum superborum, quia admonitiones tuas custodiui.

7 Quoties sederunt cõgregati principes, vt contra me loquerentur: seruus tuus nihil aliud quam exercebat se in mandatis tuis.

8 Profecto admonitiones tue oblectauerunt me, et fuerunt veluti viri a consilijs mihi.

Daleth.

1 Adhesit pulueri anima mea, et tantum nõ perij, restitue me pristine valetudini iuxta promissa tua. Adhesit pauimẽ.

2 Opera mea recensui, quare exaudisti me, doce quesomo me intelligere mandata tua.

3 Genuinam sententiam mãdatorum tuorum assequi fac me: hoc si mihi contigerit, exercebo diligenter me in mirabilibus tuis.

4 Solutus est mihi animus pre anxietate, erige me secundum verbum tuum.

5 Studium metiendi et fucate viuendi auer a me, secundum legem vero tuam, mi-

sericorditer tracta me.

6 Genus vite candidum et constans elegi, & equissima iudicia tua proposui ante oculos mihi.

7 Sectatus sum testimonia tua domine, ne vnquam sinas me cum pudore frustrari spe mea.

8 Per viam mandatorum tuorum curram, vbi tu gaudio dilataueris cor meum.

ה He.

Legem pone mihi dñe.

1 Doce me domine intelligentiam mandatorum tuorum, vt ad eam seruandā quoad vixero accommodem me.

2 Eam prudentiam tribue mihi, vt intelligam, atque ita prestem, que prescribit lex tua, et obseruem toto pectore, ne quid faciā contra.

3 Deduc me secundum genuinam sententiā mandatorum tuorum: hoc enim semp opta ui maxime.

4 Inclina cor meum in amorem preceptionum tuarum, et ab auaritia quam alienissimum effice me.

5 Auerte oculos meos ne capiantur amore rerum banissimarum: quin potiꝰ tuis admonitionibus ad vitam perduc me.

6 Propone seruo tuo eum sermonẽ, qui maxime inuitat ad venerationem tui.

7 Aufer infamiam, a qua metui mihi, iudicia enim tua clementie admixtum habẽt plurimum.

8 Ego certe amaui mandata tua, quare ozo tua equitate in vita conserua me.

Vau.

1 Contingat mihi, vt particeps fiam omnimode benignitatis tue domine, et salutis, quam promittunt verba tua. Æ Eveniat super me mi.

2 Vt habeam quod respondeam ei, qui exprobrat mihi, quod dicere soleam fidere me promissioni tue.

3 Quare ne vnquam sinas queso irritũ fieri hoc, qõ sepe dixi et vere: iudicia enim tua expectaui, quibus palam fiet mea ne, an aduersariozum causa sit melioz.

4 Vt obseruem legem tuam assidue, longo tempoze, imo semper.

5 Et vt ambulare queam sine offendiculo p loca spacioſa: mandatozum enim tuozũ studiosus inuestigatoz fui.

6 Quare et loqui audebo de tuis constitutionibus in conspectu regum constanter, et sine vllo pudoze.

7 Et oblectabo me mandatis tuis, que semper amaui.

8 Tollam in altum manus meas, vt opere prestem, que prescribunt precepta tua que amaui, et ore loquar de equissimis legibus tuis.

Zain.

ademor esto verbi tui. 1 Memor esto eius, quod promisisti seruo tuo, quo et spem magnam concipere iussisti me.

2 Hec promissio consolata est me tempore afflictionis mee: verbum enim hoc tuum effecit, ne mestitia extinguerer, sed in vita continerer.

3 Superbi insultauerunt mihi miris modis, ego vero lege tua consolatus sum me, nec alio ꝙ adeam confugi.

4 In memoriam reuocaui quanta equitate et iudicio olim tractauerit patres nostros domine, que res plurimum attulit consolationis mihi.

5 Horror inuasit me quoties perpendi sceleratum et periculosum impiorum vite genus, quod viderim contemnere eos doctrinam tuam.

6 Pro carminibus fuerunt mihi precepti-

nes tue, quocunque loco fuissem tempore exilij mei.

7 Memor fui media nocte nominis tui domine, vt seruarem doctrinam tuam.

8 Hoc mihi summopere fuit cure, vt mandata tua seruarem.

Het.

1 Portio mea es tu domine: quare statui seruare que mandata sunt verbis tuis. Portio mea dñe.

2 Imbiui toto pectore fauorem tuum erga me: miserear te quesso mei iuxta verbū tuū. quō promisisti adfuturum mihi.

3 Recensui vias meas, totam videlicet vitam meā, et reuocaui pedes meos in viam rectam, et ad ea, que prescripta mihi sunt abs te.

4 Festinaui absque dilatione custodire mādata tua.

5 Studijs nocendi veluti vinculis scelerati homines tantum non illaqueauerunt me: ego vero qualiacunque essent pericula, doctrine tue non sum oblitus.

6 Media nocte surgam, vt gratias agam tibi pro equissimis iudicijs tuis.

7 Socius sum ego et amicus omnium illorum, qui venerantur te: et qui seruant mā-

data tua.

8 Benignitate tua domine plena est terra: quare preceptа tua doce me.

Thet.

Bonitatē fecisti cum seruo tuo.

1 Benigne egisti cum seruo tuo domine. et iuxta promissa tua.

2 Utilitatem que est incognitione legis tue doce me: mādatis enim tuis maximam inesse vim firmissime credidi.

3 Priusquam diligenter auscultarē ad mādata tua, sepe aberraui: nunc autem attentior factus, verbis tuis parebo.

4 Benignus es tu. doce quelo me intelligentiam mandatorum tuorum.

5 Excogitauerunt aduersum me mendacium superbi. verum ego toto pectore incumbebā in hoc. vt seruarem mandata tua.

6 Impinguatum est et stupore veluti a ruina obductum cor illorum, ego vero doctrina tua oblectatus sum.

7 Utile fuit mihi quod aduersis nonnihil afflictus fuerim: hoc enim in causa fuit. vt studiosius discere cuperem mandata tua.

8 Gratior est mihi doctrina oris tui. ꝙ vel auri vel argenti pondo mille.

Jod.

1 Manus tue fecerunt me, et maximo artificio absoluerunt: da queso eam mihi mentem, vt discere possim intelligentiam mandatorum tuorum. Manus tue fecerunt.

2 Tunc enim cultores tui videbunt me, et gaudebunt, quod in promissionibus tuis posuerim spem meam.

3 Noui domine q̄ ipissima equitas sint iudicia tua, et merito afflixeris me.

4 Verum sit queso tandem malorum satis. et p̄ tua benignitate cōsolare me: id enim promisisti seruo tuo verbis tuis.

5 Adueniant misericordie tue, vt reuiuiscam: doctrina enim tua vehementer oblectat me.

6 Infames fiant superbi, qui sine causa vexauerunt me: ego interim exercebo me in mandatis tuis.

7 Conueniant apud me, qui reuerēter colūt te, et qui nouerunt admonitiones tuas.

8 Fiat animus me⁹ purus mādatis tuis, vt nunquam pudore suffundar.

Caph.

1 Vix amplius est apud se p̄ desiderio salutis, quā expectat aīa mea abs te: promissis Defecit in salutem tuo aia.

tamen tuis non diffidam.

2 Anxie cupiuerunt oculi mei videre quod promisisti: quoties dicebam, quando tãdem consolaberis me?

3 Quamuis similis esset cutis mea vtri fumo in rugas contracto, mandatorum tamen tuorum non fui oblitus.

4 Quot adhuc reliqui sunt dies seruo tuo? quando tandem de his, qui persequuntur me, supplicium sumes?

5 Hoderũt in perniciem meã foueas superbi, verũ hic non docuerat eos doctrina tua.

6 Vniuersa mandata tua fidei plenissima sunt: quare, quum sine causa persequãtur me, auxiliosis mihi tu.

7 Vtantum non prostrauerant me in terrã, ego tamen deserui precepta tua.

8 Pro benignitate tua in vita conserua me, vt custodire possim doctrinam oris tui.

Lamed.

In eternum domine.

1 Perpetuo domine quicquid vnquam fieri voluisti, stabile erit in celis.

2 In generationem et generationem constantia tua in promissis durabit: stabilem esse voluisti terram, et stabilis erit.

3 Quibus modis vnũquodq; subsistere vo-

luisti, vsq; in hodiernum diem subsistit: omnia enim obediunt imperio tuo.

4 Nisi doctrina tua recreasset me, tum meroze perissem, quũ affligerer tã periculose.

5 Nunquam obliuiscar mandatorum tuorum: per ea enim seruasti vitam mihi.

6 Tuus per omnia sum ego, serua me, mãdata enim tua scrutatus sum.

7 Expectantes obseruauerunt impij me, vt perderent, sed ex constitutionibus tuis, intelligam quid facere contra oporteret me.

8 Nihil tam absolutum, cuius non viderim interitum, preter latissime se extendẽs mandatum tuum.

Mem.

1 Quam amaui legem tuam, toto die ipsa fuit occupatio mea. Quomodo dilexi legẽ tuã domine.

2 Inimicis meis prudentiorem fecisti me mandatis tuis, nec vnquam sinam me auelli ab illis.

3 Vniuersis, qui me docere conati sunt, prudentior euasi, idq; propter iugem constitutionum tuarum meditationem.

4 Ipsos senes prudẽtia superaui, quod mãdata tua custodirem.

5 Ab omni semita mala auerte pedes meos.

vt custodire commodius possim verba tua.

6 A iudicijs tuis non recessi: tu enim doctuerasme.

7 Q uam fuerunt suauia palato meo verba tua: certe magis quam ozi mel vilum esse possit.

8 P zeceptis tuis pzudens fiam: quare et odio pzosequar omnem semitam mendacij.

ɔ Num.

Lucerna pedibus meis

1 L ucerna pedibus meis verba tua, et veluti lux iuxta semitam mihi.

2 I uraui, et perstitam in propositō seruādi, quicquid equissimo iudicio pzecepisti.

3 A fflictus sum vehementer domine, in vita conserua me: sicut pollicitus es verbis tuis.

4 P ias has oblationes oris mei gratanter quelo accipe domine, et iudicia tua doce me.

5 A nima mea veluti in manu omnibus expositam porto: doctrine tamen tue in malis tam pzesentibus non sum oblitus.

6 E xpanderunt impij rete in perniciem meam: a mandatis tamen tuis ego non aberraui.

7 P ossidere constitui constitutiones tuas to-

ta vita mea: oblectationi enim cordi meo
sunt.
8 Accommodaui animum meum, vt opere prestem precepta tua, vsq; in finem vite mee.

Samech.

1 Scelleratos odio habui, legem autem tuam amaui. Iniquos odio habui.
2 Latibulum et scutum es mihi tu, quare in verbis tuis totam spem meam collocaui.
3 Recedite a me improbi, ne impedimento sitis mihi, mandata dei mei custodiri volenti.
4 Confortame verbis tuis vt viuam, neq; frustreris me spe mea.
5 Sustenta me et saluus ero, et oblectabo me mandatis tuis quoad vixero.
6 Conculcasti vniuersos, qui recedũt clam a mandatis tuis: propterea q̃ subdola est cogitatio illorum.
7 Veluti scoriam eraisti e reliquo hominum numero omnes impios, qui erant in terra, propterea amaui admonitiones tuas.
8 Sic eraisti ipios, vt exhorruerit pre me-

tu caro mea.et a iudicijs tuis secũdum que de impijs supplicium sumpsisti,exterritus fuerim.

y Ain.

Feci iudiciũ et iustitiã. 1 Hacere soles quod iustum est et equum, quare non relinques me tyrannidi opprimentium me.

2 Instiga seruum tuum ad bonum, ne opprimant me superbi.

3 Oculi mei caligare ceperunt. prospectãtes diu, num alicunde adueniret salus abs te, verbo iustitie tue promissa.

4 Hac cum seruo tuo secundum benignitatem tuam, vt mandata tua doceas me.

5 Seruus tuus ego sum, quare eam mihi tribue mentem, vt intelligere queam ceremonias tuas.

6 Tempus appetit, quo sumpturus es supplicium domine de impijs: nihili enim fecerunt doctrinam tuam.

7 Quare amaui precepta tua magis, ꝙ aurum etiam purgatissimum.

8 Propterea mandata tua omnia iudicaui esse iustissima, & omne genus vite fucatum odio habui.

Phe.

1 Admiratione digne sunt ceremonie tue: quare obseruauit eas anima mea. Abstrahi ua testimonia.

2 Initium verborum tuorum lumen adferet, et docebit prudentiam imperitos.

3 Ore meo veluti hiabam, vt assequerer prudentiam: mandata enim tua vehemẽter amaui.

4 Respice me et miserere mei, quomodo misereri soles eorum, qui amantes sunt nominis tui.

5 Hac tendant omnia studia mea in verba tua, et ne sinas in me dominari vllam iniquitatem.

6 Libera me a calumnia hominis, vt custodire liceat mandata tua.

7 Hac clare appareat fauor vultus tui erga seruum tuum.

8 Riui aquarũ effluxerunt ex oculis meis: propterea q̃ alio me abduxerint, et non seruauerint legem tuam.

Tlade.

1 Iustus es domine, et rectum iudicium tuum. Iust' es domine.

2 Adesse voluisti iustitiam statutis tuis, et veritatem valde.

3 Molestissime tuli, q̃ contempserint verba

tua hostes mei.

4 Purus est per omnia sermo tuus valde, quare seruus tuus amauit eum.

5 Iuuenis sum ego et contẽptui illis, mandata tamen tua non sum oblitus.

6 Iustitia tua iustitia perpetua, et lex tua stabilis.

7 Quoties aduersi aliquid, et quod me premeret accidisset, mandatis tuis consolabar me.

8 Iustitia comitabitur precepta tua perpetuo, fac vt intelligam hoc et viuam.

P Coph.

Clamaui in toto cor.

1 Imploraui auxilium tuum toto pectore, audi quesso me domine, vt possim implere mandata tua.

2 Clamaui ad te, serua quesso me, vt custodiam ceremonias tuas.

3 Ante diluculum euigilaui, et clamaui quod spes mihi omnis esset in promissionibus tuis.

4 Anteuerterunt oculi mei vigilias nocturnas, vt exercerem me in verbis tuis.

5 Vocem meam audi pro benignitate tua, secundum iudicia tua vitam dona mihi domine.

6 Magno conatu egerunt qui persequuntur me, vt scelerata designarent: quare a lege tua absunt quam remotissime.
7 Prope ades tu domine, et omnia mandata tua equitas.
8 Ab initio cognoui de admonitionib⁹ tuis. quod perpetuo stabiles esse volueriseas.

ℸ Res.

1 Vide afflictionem meã, et libera me, quia doctrine tue non sum oblitus. Vide humilitatẽ meam.
2 Patrocinium suscipe cause mee, et redime me iuxta verbum tuum, ne sinas vitam adimi mihi.
3 Procul abest ab impijs salus, quia mandata tua non fuerunt cure illis.
4 Infinitis modis misericors es domine, secundum constitutiones tuas equissimas vitam tribue mihi.
5 Multi sunt qui persequuntur me, et hostes mei numero sunt plurimi, a constitutionibus tamen tuis non declinaui.
6 Aspiciebam preuaricatores, et inualit me horror propter amentiam illorum, quod viderem mandata tua nõ obseruari ab illis.
7 Respice misericorditer me, quia mandata tua amaui, domine pro tua benignitate

misereat te mei.

8 Caput et summa verborum tuorum stabilitas, perpetuo durabit equissimum iudicium tuum.

Schin.

Principes persecuti sunt

1 Potentes principes persecuti sunt me, quos non tantopere merui, q̃ timui ex animo, ne a verbis tuis discederem.

2 Plus capio voluptatis ex verbis tuis q̃ q̃ inuenit thesaurum maximum.

3 Mendacium et vanitatem odio habui, et execratus sum: legem vero tuam amaui.

4 Septies per diem laudaui te, propter normas viuendi equissimas prescriptas a te.

5 Pax multiplex amatoribus legis tue, nec vllum sentient offendiculum.

6 Expectaui salutem abs te domine, & mandata tua seruaui.

7 Custodiuit anima mea ceremonias tuas: amat enim eas valde.

8 Custodiui mandata tua & ceremonias tuas: omnes enim vie mee notissime sunt tibi, nec vlla illarum latet te.

Tau.

Appropinquet deprecatio.

1 Admittatur clamor meus in conspectum tuum, imo ad aures vlq̃ tuas: verbor tuo-

rum intelligentiam prebe quesο mihi.
2 Perueniat prꝛecatio mea vsque in conspectum tuum, et quemadmodum prꝛomittis verba tua.e maliseripe me.
3 Loquentur labia mea laudes tuas, vbi tu docueris me mandata tua.
4 Cantabit lingua mea verba tua: omnia enim iudicia tua sunt equissima.
5 Sit manus tua auxilio mihi: mandata enim tua elegi.
6 Optaui mihi salutem abs te domine, lex enim tua oblectationi valde fuit mihi.
7 Uiuat anima mea, vt laudibus extollere possit te, et iudicia tua robur addant mihi.
8 Aberraui sicut ouicula que peritura videtur, requiresеruum tuum: mãdata enim tua non sum oblitus.

120.

Ad dñm cũ tribu. Psalm. cxix.

1 AD dominũ quum pessime esset mihi clamaui.et exaudiuit me: domine libera animam meam ab homine bilingui et fraudulento.
2 Quãtum putas nocet tibi lingua fraudulenta?
3 Prꝛofecto quantum vlle sagitte, quas iacu latur foꝛtissimꝰ quisqꝫ vir arcu, calqꝫ acu-

tas, quarum acies inter volādum tantum concipiet ardoris, quantum habere solent carbones iuniperorum.

5 Male agitur mecum, quod exulem in Mesech, & habitare cogar i tabernackis Cedar.

6 Longa videtur anime mee mora, qua inuitus detineor inter eos, qui pacis sunt osores.

7 Mihi nil magis erat cordi quam pax, ad quam si hortabar eos, non solum non amplectabātur eam, sed bellum potius inferre conabantur.

121.

Leuaui oculos meos Psal. cxxj.

1 Circumferebam oculos meos, veluti stans in monte, vnde viderem forte ferri suppetias mihi.

2 Verum deprehendi nullum esse mihi sperandum auxilium, nisi a solo domino, qui author est celi et terre.

3 Ille enim non sinet vacillare pedes tuos, nec dormiret vnquam custos ille tui.

4 Profecto nec dormiet vnquam, nec vel leuiter obdormiscet, qui curat Israelem.

5 Bono animo sis, dominus curat te & tua: erit instar vmbraculi tibi ad dexteram manum astans assidue.

6 Hoc vmbraculo fiet ne ardor interdiu le-
dat te, neq; luna frigore suo noctu.
7 Dum curabit ne vllum malum infestet
te: curam enim geret anime tue.
8 Domino curante prospera erit profectio
quecunq; tua, et reditus tuus in patriam a
patria hora vsq; in finem vite.

Ipsius Dauid cxxj.

1 Gaudebam ex animo, quum dicerent mihi in domum domini ibimus. Letatus sum in his que. Psalm. cxxj.
2 Stabunt pedes nostri, in portis tuis Hie-
rusalem.
3 In portis inquam Hierusalem sic extru-
cte, quemadmodum erat olim quum es-
set ciuitas, ad quam statis anni tempo-
bus confluebat populus vniuersus, et re-
cipiebatur commodissime.
4 Eo enim proficisci solent tribus, tribus
inquam, et tota turba Israelitici populi,
vt laudarent nomen domini.
5 Quo tempore ibi colloquabantur sedes
ad exercenda iudicia, et solium familie
Dauid.
6 Optate pacem ipsi Hierusalem, feliciter
eueniant omnia illis, qui bene volunt et
amant eam.

7 Sit pax, et nemo infestet valla tua, prospera sint omnia in palatijs tuis.

8 Propter fratres meos et amicos meos optabo etiam nunc, vt omnia prospere eueniant tibi.

9 Propter domum domini dei nostri, modis omnibus prodesse cuperem tibi.

23.

Ad te leuaui oculos. psal. cxxij.

1 AD te subleuaui oculos meos, o habitator celorum.

2 Quemadmodũ enim oculi seruorum obseruant manus dominorum suorum, & oculi ancille obseruant manum domine sue, vt longo labore fatigati cibum accipiant: ad eundem modum oculi nostri obseruant dominum deum nostrum, vt ille misereatur nostri.

3 Misereat te nostri domine, misereat nr̃i te nostri: mirifice enim et ad nauseam vsq; repleti sumus contumelia.

4 Vehementer et ad saturitatem vsq; plena est, et concoquere intra se cogitur anima nostra insultationem locupletum, et contumeliam hominum violenter superborum.

Nisi qz dñs erat. Psalm. cxxiiij.

1 NIsi domini beneficio, qui adfuit nobis, seruati essemus, fateatur ingenue nunc populus Israel.

2 Nisi dominus inquam beneficio, qui adfuit nobis, seruati essemus, quo tempore insurgebat animo hostili hominum multitudo in nos.

3 Tum viuos deglutissent nos: erant enim furiosissimi, et ira maxime accensi in nos.

4 Tum vnde malorũ obruissent nos, et fluuius transijsset per animas nostras.

5 Tum transissent inquam per animas nostras vnde malorum profundissime.

6 Omni laude maior dominus, qui non permisit nos predam fieri dentibus illorum.

7 Quin potius anime nostre liberate sunt, quemadmodum captus passer, qui preter spem elabitur e reti aucupis: rete eñ frangebatur, et quomodo ille auolauit, ita et nos liberati sumus.

8 Hortitudo nostra sita est in fauore et auxilio nominis domini, qui author est celi et terre.

Ipsius Dauid Psalmus 125.

Qui cõfidũt in dño. Psalm. cxxiiij.

1 QVotquot credunt se domino, erunt sicut mons Sion, qui nũquam tolletur de loco suo.

2 Hierusalem montes quidem habet in circuitu, verum illi non hoc possunt in defensionem ciuitatis, quod dominus qui adest populo suo a prima hora vsq; in perpetuũ.

3 Quare non sinet sedem figere eum, qui sceptro impietatis tyrannidem exerceat in ea loca, que veluti diuina sorte obuenerunt iustis: ne et iusti ipsi extendant ad perpetranda scelera manus suas.

4 Benefac domine bonis, et his, qui candido sunt pectore.

5 Illos vero, qui alijs precipitia parant, ire ipsos per preceps coget dominus, quemadmodum homines sceleratos equum est: tranquillitas autem et pax erit apud Israelitas.

126.

In cõuertẽdo domi. Psalmũ. cxxv.

1 QVum reuocaret dominus ab exilio nos, qui captiui ex Siõ abducti fueramus: pre gaudio vili sumus non assecuti tantum boni, sed somniare.

2 Tum implebatur os nostrum risu: et lingua cantu, tum dicebant gentes, que nos

captiuos detinuerant, supra modum magna sunt et stupenda, que facit dominus in gratiam horum.

3 Ita profecto res habet, vt dicitis: magna enim sunt, que dominus nostra causa facere instituit: quare gaudio affecti sumus maximo.

4 Perge domine reuocare nos e captiuitate cum eo gaudio et fructu, quo terra sitiẽs excipit fluẽtes per eã riuulos aqua plenos.

5 In quam, qui ante irrigationem iecerant semiẽ desperãtes propemodum, et cum fletu: illi metent que prouenerunt de improuiso cum gaudio summo.

6 Hi enim soliciti ibant, et flentes portabant in sterilem illum agrum semen pretiosum iacturi: verum redeuntes gaudio pleni referent manipulos expectatione sua longe plures.

Ipsius Salomonis

127.

1 Si dominus nõ extruxerit domum, frustra sudabunt laborantes, qui conantur extruere eam: si dominus nõ custodierit ciuitatem, frustra vigilabit, qui custodiendi eam. Nisi dominꝰ edificauerit. Psalm. cxxvj.

2 Q Vihil succedet vobis, etiã si summo mane surrexeritis, et surſum ac deorſum curſitantes ſedere recuſaueritis, non aliter ſudantes, q̃ qui ſummis laboribꝰ victum parant: quod enim vos veſtro ſtudio frustra perficere conamini, id dominus dabit illi quem diligit, ſine negocio.

3 E cce hereditas, quam dominus dat, filij ſunt, et premium precipuum, fructus ventris.

4 Q Vanta eſt vis in ſagittis, quas iaculatur arcu vir quantumuis fortis, tanta eſt in filijs adoleſcentibus.

5 F elix ille vir, qui plenam habet pharetram telis eiuſmodi: is enim non ſuffundetur pudore, quotieſcunq; contigerit illum filijs comitatum contendere cũ aduerſarijs ſuis in porta, et frequentia populi.

128.

Beati oẽs qui timent, Pſal. cxxvij.

1 F Elix ille quiſquis timens eſt dei, et viuit ſecundum preſcripta illius.

2 Q Vod perabitur labor manuũ tuarum quiſquis es talis, et cibum ſuppeditabit, quem comedas: feliciter euenient omnia tibi, et dives fies.

3 V Xor tua ſimilis erit viti fructifere, quæ

cese propagabit per omnia latera domus,
6 et filij tui veluti plantule oliuarum cingen
tes mensam tuam.
4 Ad hunc profecto modum locupletabitur
vir, qui reueretur dominum.
5 Helicem faciet te dominus ex Sion, quis-
quis talis es: videbis enim & particeps fies
felicitatis promisse ipsi Hierusalem cunctis
diebus vite tue.
6 Videbis preterea, et voluptatem capies ex
filiorum tuorum filijs, & trãquille & sum-
ma cũ pace versari conspicies eos inter Is-
raelitas contribules suos.

129.

1 Vehementer nocere conati sunt mi-
hi ab annis plurimis, & veluti ab in-
eunte etate, dicere poterit merito Israel.
2 Miris inquam modis nocere conati sunt
mihi ab ineunte etate, sed nõ potuerũt sub-
uertere me.
3 Dorso meo tantum oneris imposuerunt,
vt signa in eo apparuerint, qualia arato-
res agris imprimere solent, & veluti sulcos
longos induxerint.
4 Sed dominus iustus rupit funes, quibus
astrinxerant impij me.

Scepe ex-
pugnauc
runt me:
Psalm.
cxxviij.

5 Pudefiant,et in fugã conuertantur,quot-quot odio habent Sion.

6 Fiant similes herbe crescenti in tectis domorum,que priusquam in eam magnitudinem excreuerit,vt demeti possit,exaruit.

7 Qua non dignabitur manum implere,et domum deferre vltus messor:nec sinum is qui precario manipulos a messoribus preteritos,colligere solet pauper.

8 Nec vlli pretereuntes dixerunt, prospere cueniat hec seges, domini beneficio,vobis: nec digna visa est cuiquam,vt diceret, optamus vobis felicem a domini benignitate messem.

130

De profundis clamaui. Psalm. cxxix.

1 QVum tantum nõ obrutus essem profundissimis malorum vndis,tuum auxilium imploraui o domine.

2 Domine exaudi vocem meam, sint queso aures tue attente ad lamentabiles precationes meas.

3 Si scelerum que admisim⁹, perpetuo memor esse volueris,et veluti repolita seruare apud te domine,subsistere quis poterit:

4 Quare hoc potius sequere,quod genuinũ est tibi, vt remittas misericorditer peccata

nostra,et clementer erigas collapsos, sicq; ad synceram venerationem tui inuites.

5 Expectaui sedulo dominum expectauit et anima mea: et quia promiserat se adfuturum, nunquam dubitaui,quin esset staturus promisso.

6 Anima mea ardentius expectat aduentū domini,quam vigiles nocturni tēpus matutinum: vigiles inquam, qui somno grauati, matutinum expectant tempus, quo dormire liceat ipsis.

7 Expectet (si sapit) quiuis ex Israel dominum: est enim natura misericordissim⁹, et suapte natura ad succurrendum propensissimus.

8 Quare ipse liberabit Israelem ex omnibus (quantumuis fuerint varie) iniquitatibus eius.

Ipsius Dauid 131.

Dñe non est exaltatum cor. Psalm. cxix.

1 Domine non fui animo vnquam elato,neq; oculis nil nisi magna spectantib⁹: neq; ambiui magna & que miris modis essent supra me.

2 Si non sic composui et compessui animum meum,ne alius sibi videretur collatus tecū, quam infans ab vberib⁹ matris

sue recens depulsus, qui solus figere gressus non potest, sed matris sustentatur manu: si non ita semper me iudicaui sine tuo auxilio nihil posse, et animam meam eiusmodi infanti similem, frustrer spe mea penitus.

3 Expectet (si sapit) quiuis ex Israel dominum, et pendeat ab eo, ab hac hora assidue vsq; in finem vite.

132.

Memento dñe. Dauid. cxxxj.

1 Retionem habe domine, idq; in bonū. Ripius Dauid malorum, que perpessus est plurima.

2 Qui et iuramento sese obstrinxit, et sancte promisit ei, per quem potest quicquid potest Jacob.

3 Se non egressurum edes suas, neq; ascensurum lectum suum.

4 Neq; permissurum oculis suis, aut palpebris somnum.

5 Priusquam inuenisset locum extruendo altari deo gratum, et tabernacula in veneracionem illius, per quem fortis est posteritas Jacob.

6 Ecce de improuiso inuenimus locum illum in Effrata: inuenimus inquam, il-

lum in campis syluosis.

7 Eamus ergo in tabernacula, que ipse elegit sibi, prosternamus nos supplices ante scabellum pedum illius.

8 Exurge domine, et veni in eum locũ quẽ ad hoc elegisti tibi, vt pre ceteris peculiariter requiescas in eo: veni inquam tu, et arca, per quã sepe omnipotẽtia tua apparuit.

9 Sacerdotes tui induant iustitiam, vt sancti tui habeant quur serio exultent.

10 Propterea q̃ Dauid seruus tuꝰ ipse orat, nẽ auertas faciem a christo tuo.

11 Iuramento astrinxit se dominꝰ ipsi Dauid, et fidem dedit, quam nunquam violabit, dicens: de fructu ventris tui collocabo in solio tuo.

12 Si custodierint filij tui pactum meum, et ceremonias, quas docturus sum eos: filiorum tuorum nepotes, et qui nascentur illo tempore ab illis, in eodem regni solio ꝓpter te sedebunt.

13 Elegit enim dominus Sion, sic amauit eam, vt habitare constituerit in ea.

14 Hic erit inquiens locus ad quiescendum mihi perpetuo: hic habitabo, quia amaui eam.

15 Annonam eius copiosissimam faciam: egenis qui in ea sunt, cibum ad saturitatē vsq; suppeditabo.

16 Sacerdotes eius vestiam salute, cuius participem facient et plebem, vt sancti tui habeant, quur serio exultent.

17 Ibi florere faciam cornu ipsius Dauid, paraui lucernam christo meo.

18 Inimicos illius induam pudore et infamia: in capite autem illius fulgebit diadema.

Ipsius Dauid

133.

Ecce q̄ bonū et q̄ io. Psal. cxxxij.

1 ECce non potest, quam bona sit res et suauis, habitare vna fratres inter se concordes.

2 Suauior erit eorum concordia oleo illo fragrantissimo, quod fundi solet in caput, & defluere in barbam, barbam inquam ipsius Aaron, et in oras deinde vestium illius.

3 Suauior erit rore, qui descendit in mōtem Hermon: vel rore, qui descendit in montem Sion: et illos, qui Sion vicini sunt, vbi cōstituit dominus insignem illam munificentiam suam ostendere, et vitam instituere, quę duratura sit perpetuo.

134.

1 ECce nūc benedicite dominū, quotquot estis cultores illius: nunquam enim satis laudare illum poteritis, etiam si totas noctes in templo domini laudantes perstiteritis. Ecce nūc benedicite. Psalm. cxxxiij.

2 Leuate manꝰ vestras versus locum sanctitati illius dicatum: et quantum potestis, laudibus extollite dominum.

3 Et diuerso dominus ille optime faciet tibi e Sion, qui authoꝛ celi est et terre.

Halleluia 135.

1 LAudibus extollite nomen domini: laudibus inquam extollite vos, qui cultoꝛes et serui estis domini. Laudate nomē dñi. Psalm. cxxxiiij.

2 Qui statis in templo domini: et in atriis estis domus dei nostri.

3 Laudate deum seruatoꝛem: benignus est enim dominus: quare psalmos canite in laudem gratiosissimi nominis illius.

4 Et legit enim sua sponte Jacob sibi seruatoꝛ ille deus, et Jsraelem, vt sit illi veluti oꝛnamentum quoddam et gemma pꝛecioſa.

5 Ego certe noui magnum esse dominum, et dominum nostrum esse potentioꝛem reliquarum nationum vniuersus nihili diſs.

6 Quicquid enim libitum fuit vnquam do-

mino facere, id factum est, tam i celo quam in terra, et potestatem habet in bastissima illa maria, et omnia que vlquam abstrusa latent etiam in locis profundissimis.

7 Qui extrahit nubes e terra infima parte orbis, et in aere loco editissimo collocat eas: qui fulgura cũ pluuia miscet: et educit ventum e locis abditis, tanquam thesaurorũ suorum repositoriis.

8 Qui percussit primogenita Egypti, tam hominum, quam reliquorum animalium.

9 Qui immisit signa ire sue terrifica, et portenta in mediã Egyptum, quibus Pharaonem terruit, et omnes famulos illius.

10 Qui percussit gentes numero plurimas, et reges occidit potentissimos.

11 Seon regem Amorrheorum, Og regem ipsius Basan, et bastauit vniuersa regna Chanaan.

12 Et dono dedit terram regum illorum veluti patrimonium: patrimonium inquam ipsi Israeli, populo charo sibi.

13 Domine nomen tuum nunquam in obliuionem veniet: domine memoria tui perueniet in generationem et generationem, nec interibit vnquam.

14 Suscipiet dominus patrocinium cause po
puli sui cõtra aduersarios. erga seruos au-
tem suos clementissime geret se.

15 Statue gentium nihil sunt quam argen-
tum et aurum, quibus artificio humano,
vel hec inducta est, vel illa forma.

16 Quare os quidem habere videntur, sed lo-
qui non poterunt: et oculos, sed quibus ni-
hil videant.

17 Aures preterea, quibus nihil audiant: na
res quoq; sine vllo vsu, quum nullus appa
reat halitus in ore cuiuslquam illarum.

18 Similes fiant statuis artifices illarum, et
quotquot spem suam ponunt in illis.

19 Posteri Jacob laudibus extollite domi-
num. posteri Aaron, et vos laudate domi-
num sedulo.

20 Posteri Leui laudate dominum: quibus-
cunq; cure est cultus domini, laudibus cele-
brate dominum.

21 Omni laude maior est dominus ob benefi-
cia exhibita Sion, qui et factus est veluti
ciuis et habitator Hierusalem. Halleluia.

Ps. cxxxv.

1 Gratias agite pro acceptis beneficijs domino: equum enim id est, quod du

Cõfitemini dño. ps. cxxxv.

ratura sit perpetuo sit misericordia ipsius.

2 Gratias agite deo ipsorum angelorum, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

3 Cum gratiarum actiõe laudate dominũ dominorum omnium, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

4 Cum q̃ facit admiratione dignissima, sua solius omnipotentia, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

5 Qui fecit celos summa prudentia, q̃ perpetuo duratura sit misericordia eius.

6 Qui expandit terram super aquas, q̃ perpetuo duratura sit misericordia eius.

7 Qui fecit luminaria magna, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

8 Ipsum solẽ, vt prelit diei, q̃ perpetuo duratura sit misericordia eius.

9 Ipsam insuper lunam et reliquas stellas, vt prelint nocti, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

10 Qui graui damno affecit Egyptũ, quũ perrueret primogenita illius, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

11 Vt educeret Israelem e medio illorum, q̃ perpetuo duratura sit misericordia eius.

12 Idque manu robusta, et brachio fortiter extento, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

13 Qui diuisit mare rubrum in partes, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

14 Et perduxit Israelē per medium illius, q perpetuo duratura sit misericordia eius.

15 Subuertit Pharaonem et exercitum illius in eodem illo mari rubro, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

16 Qui duxit populum per desertum, quod nulli ãntea fuerat peruium: quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

17 Qui percussit reges potentes, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

18 Et occidit reges fortes, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

19 Seon regem Amorrheorum, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

20 Et Og regem ipsius Basan, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

21 Et dedit possidendam terram, quam illis ademerat, quod perpetuo duratura sit misericordia eius.

22 Possidendam inquam Israeli, seruo suo, quod ppetuo duratura sit misericordia eius.

23 Qui quoties prꝛemebamur miſericoꝛditer
rationem habuit noſtri, q perpetuo dura-
tura ſit miſericoꝛdia eius.

24 Et eripuit nos a tyꝛannide illoꝛum, qui
nos vexabant: quod perpetuo duratura ſit
miſericoꝛdia eius.

25 Qui cibum tribuit vniuerſe carni, quod
perpetuo duratura ſit miſericoꝛdia eius.

26 Cum gratiarum actione laudate deum,
qui omnipotentia ſua authoꝛ eſt ipſius ce-
li, quod perpetuo duratura ſit miſericoꝛ-
dia eius.

137.

Super flumina baby. Psalm. cxxxvj.

1 IUxta flumina Babylonis quum o-
lim ſederemus et fleremus amare,
propterea quod in mentem veniſſet nobis
tui o Sion.

2 Et ad ſalices, que erant illic in media Ba
bylone, ſuſpendiſſemus citharas noſtras.

3 Hoſtes, qui captiuos abduxerat nos, im-
petrare conabãtur a nobis modulos illos,
quibus carmina noſtra modulari conſue-
ueramus: et qui inſultabant manifeſte no
bis, iubebant nos ſigna letitie edere, can-
tate inquiẽtes nobis vnum aliquod ex car-
minibus Sion.

4 Quanquam cantare nobis libuerit laudes domini in ea terra, que statuas et nihili deos pro vero colit.

5 Si vnquam oblitus fuero tui Hierusalem, et dextera mea officij sui oblita citharam pulsauerit in gratiam alterius quam vnius dei mei.

6 Opto, vt sic hereat lingua mea ne possim loqui: imo et palato meo affigatur, si non quoad vixero memor fuero tui, et si non prepoluero laudes ipsius Hierusalem summo gaudio, quod nunquam contingere poterit mihi.

7 Rationem habe domine, et perpende quales sint, q̃ designant in nos Idumei hostes hi nostri, et quam crudeliter tractauerint Hierusalem, quo tempore expugnauerũt eam: quum dicerent mutuo sese adhortantes, vastate, crudeliter vastate, vsq; ad fundamenta subuertite eam.

8 Filia Babylonis, que nunc exultas insolenter, misera vere es, quanquam ignoras: felicior enim te veniet, qui talionem reddat tibi, et supplicium de te sumat pro contumelia, qua affecisti nos.

9 Fortunatus veniet victor, qui et te appre-

hendet, et infantes ab uberibus tuis dependentes illidat in lapides.

Ipsius Dauid 138.

Cõfitebor tibi dñe in psalm. cxxxvij.

1 HAtebor te verum deum, idque toto pectore, etiam palã, et inuitis aliarum nationum omnibus dijs, ego te psalmis meis cantabo.

2 Hadorabo conuersus ad templũ q tua sanctitas peculiariter inhabitat, & celebrabo nomen tuum propter benignitatem, qua usus es erga nos: et constantiam tuã in seruandis promissis: multo nãq plura q̃ tu verbis tuis promiseras, prestitit nobis augustissimum illud nomen tuum.

3 Quocũq tempore implorauí auxiliũ tuũ, exaudiuisti me: fulciuisti me, & addidisti robur animo meo.

4 Hatebuntur te esse dominum omnes reges terre, ubi audiuerit promissis tuis rem ipsam per omnia respondere.

5 Et carminib⁹ efferrent uias domini, et testabuntur immensam esse maiestatem dñi.

6 Quãq̃ sublimis est dominus, eum tamẽ, qui humiliter de se sentit, aspicit cominus: elatum vero non nisi eminus cognoscet, ut perdat illum.

7 Si eundum mihi fuerit per media et pre-
lentissima pericula, tu vitam meam tuta-
beris, furorem hostium meorum tu manu
tua compesces, et seruabit me dextera tua.
8 Dominꝰ perficiet quod reliquum est pro
me: domine misericordia tua perpetua est,
quare opera manuum tuarum in defendē-
do me ne intermiseris, sed quemadmodū
cepisti, perge.

Iplius Dauid Psalmus
139.

1 DOmine explorasti omnia mea, et
pernouisti.
2 Tu nouisti quando sessurus sim, vel sur-
recturus: nouisti cogitationem meam lōge
ante, quam incidat in animum meum.
3 Siue ambulare interdiu quopiam volue-
ro, siue noctu cubitum ire, tu semper es cir-
cum me: et omnia studia mea habes quam
exploratissima.
4 Profecto ne vocula quidem vllam sona-
re poterit lingua mea, quin tu domine (di-
ctu mirum) scias per omnia melius me,
quid velim illa.
5 Retro et ante formasti me, & impressisti ma-
nu tua certam formam in me.

Dñe pba
sti me.
Psalm,
cxxxviij.

6 Mirum in modum excedit captum meum horum, quę tu facis ratio: et artificij cognitio tam est supra me, vt nullo modo queam pertingere ad illam.

7 Quo abire hinc potero, vt fugiam notitiam tuam: et quo fugere potero, vt conspectum tuum lateam:

8 Si ascendero in celum, aderis ibi et tu: si descendero in infima loca terre (res mira) et illic ego offendam te.

9 Si contingat mihi ea velocitas, quę est Orientis, vt vno die vehar in extremum Occidentem.

10 Profecto etiam illuc perferret me manus tua, et sustentabit me dextera tua.

11 Si dixi, fortassis occultabunt me tenebrę. deprehēdi cito stultitiam meam: nox enim non magis contexit me, quam meridiana faceret lux.

12 Nulle enim tenebrę obscurare sic quicquā poterunt, vt latere queat te: et nox tantum prębet luminis tibi, quantum dies ipse: sunt enim hoc ipsum tenebrę apud te, quod ipsa lux clarissima

13 Nec mirum si nihil te lateat mei, quū secretissimas corporis mei partes ipse possi-

deas, et compegeris me incredibili artificio in abditissima parte ventris genitricis mee.

14 Merito fatebor te omni honore et veneratione dignum: ob mirabilia enim miracula tua affectus sum mirifice: stupenda enim sunt opera tua, quod ingenue agnoscit animus meus, et modis omnibus supra captū suum esse ea confitetur.

15 Non est vllum os intra me loco tam occulto, vt lateat te, quamuis compositus sim totus ego in loco vehementer abdito, et veluti tapetum e neruis et venis contextus sim in vtero matris, loco magis abdito, quam vllum est antrum terre.

16 Quum rude adhuc et informe esset semen, vnde nascitur? eram, penitissime illud perspexerunt oculi tui: et veluti in libro apud te descriptam habes omnium membrorū meorum rationem, que si non nisi multis diebus iniustam magnitudinē excrescere possint, apud te tamen o domine non est ea dierum varietas, sed vnus perpetuus dies.

17 Interim mihi quam incomprehensibilia facta sunt consilia tua omnipotens deus, qui supra modum ingentes facte sunt sum-

me illorum.

18 Si enim numerare coner ea, facilius arenas numerauero, que iacent in littoribus maris: et si puigil durauero tota vita mea in enumerandis illis, idem egero.

19 Num tandem occides deus impij, et viros sanguinarios, quibus toties dico, recedite a me:

20 Loquebantur de te sceleratè, et vsurpabãt contemptim nomen tuum hostes tui.

21 Nonne odio habentes te domine, odio habebam, et contra insurgentes in te irã excandescebam:

22 Ita profecto: maximo enim odio prosequebar illos, et pro inimicis habebam illos.

23 Hac periculum mei omnipotens deus et cognosce cor meum, explora me, et considera cogitationes meas.

24 Et vide an tale studium irritandi te sit in me, quale est in impio: quod si fuerit, patiar ego animo, vt more aliorum impiorum occidas me.

Psalmus Dauid

140.

Eripe dñe ab homine. Psalm. cxxxix.

1 Libera me dñe ab homine malo, contra virum sceleratum protege me.

2 Qui machinantur scelerata animis suis, et nihil ꝙ ad bella assidue instigant.

3 Exacuerunt linguas suas, vt magis sint noxie quam serpentum: venenum aspidis admixtum habet sermo illorum, quod latet sub lingua in pectore illorum.

Ita res habet.

4 Custodi me ne incidam in manus impij, et a viro sceleribus perpetrandis dedito serua me. Constituerũt enim subuertere gressus meos.

5 Absconderunt homines superbi laqueum in perniciem meam, et funes expanderunt et rete iuxta viam, qua iturus eram, pedicas preterea, quibus perderent me.

Ita est.

6 In his constitutus periculis ad te solum confugi dicens, domine tu deus mihi es: prebe aures tuas domine lamẽtabilibꝰ precationibus meis.

7 Deus domine firmamentũ salutis mee, armasti caput meum, quoties confligendũ fuit mihi cum hoste armato vndiq.

8 Quare ne linas quesο nunc o domine votorum suorum compotem fieri impium, ne habeant aduersarij quur exultent, & efferãt

lele. Nequaquam ita fiant.

9 Caput et ducem illorum, qui omni ex parte oppugnant me, pestilens sermo, et ad nocendum magno studio compositus, totum inuoluat.

10 Cadant in eos carbones igniti, precipitet eos dominus in foueas tam profundas, vt nunquam possint emergere.

11 Quisquis fuerit maledicus & proditor, nũquam stabilis erit in terra: quisquis fuerit sceleratus, illum sua malitia subuertet, et obiiciet calamitatibus variis.

12 Certe futurum scio, vt tractet dominus tandem causam eius, qui affligitur, et supplicium sumat de illis, qui opprimunt humano auxilio destitutos.

13 Tum iusti celebrabunt nomen tuum, sedebunt quotquot candidi fuerint animo e regione vultus tui, perpetuo intuituri te.

Psalmus Dauid 141.

Psie clamaui ad te: e psau. 85. cxl.

1 Domine clamaui ad te, quare festina quelo succurre mihi: aures prebe voci mee quoties implorauero auxilium tuũ.

2 Tam grata fiat precatio mea, quã est suffitus thuris in venerationem tui excitat⁹.

3 Adhibe domine frenum ori meo, et custodiam ianue labiorum meorum.

4 Declinas animum meum propensum fieri ad maledicentiam, nec studijs delectari cum impietate coniunctis, exemplo eorum qui viri sunt scelerati: nec teneat vnquam quelo desiderio comedendi parta rapinis, quamuis raptoribus ipsis suauissima videantur.

5 Uerberet me potius iustus. et beneficij loco habiturus sum: et si calciget me vulnus illud adeo capiti meo molestum non erit. vt pro saluberrimo medicamine amplexurus sim illud: nec a proposito deterrebit me: sed pergam potius orare dominum, vt seruet me quam alienissimum a sceleratis impiorum operibus.

6 Quando suppliciū sumetur, et veluti precipitabuntur de rupib⁹ iudices eorum, tum sentient, quanto fuisset illis satius auscultare sermonibus meis gratiositate conditis, et a maledicentia diuersis.

7 Sicut qui amputant arbores, et findunt ligna, et per terram spargunt hinc atq; illuc, que amputata sunt, sic ossa nostra dispersa fuerunt et soluta pre metu mortis ad

ipsum enim vlq; sepulchrũ peruenerã⁹.

8 Quia in te deus domine oculi nostri assidue intenti sunt, et in te spes mea omnis sita est: ne linas perire animam meam.

9 Cura ne incidam laqueum, quem extenderunt in perniciem meã, neq; incidam in vincula hominum sceleratissimorum.

10 Incidant in sua ipsorum potius retia impij vna oẽs, quoad ego saluus preteriero.

Ipsius Dauid cum esset in spelunca, precatio. 142.

Voce mea ad dñm clamaui. Ps. cxlij.

1 Voce mea ad dominum clamabo, voce mea ad dominum precabor.

2 Effundam ante ipsum orationem meam, afflictionem meam aperiam illi.

3 Quo tempore animus meus merore conficiebat sese, tu sciebas insontem illa perpeti me: est enim notissima tibi omnis semita et vita mea: aduersarij interim mei in via, per quam iturus erã, absconderant laqueũ in perniciem mihi.

4 Respiciebam nunc in partem dextram, nunc in partem sinistram, sed nullus occurrit, qui agnosceret me: desperabã posse aufugere me, nullus enim aderat, cui cure esset vita mea.

5 Quare clamabam ad te domine, et dicebã te esse fiduciam meam, nec esse inter viuentes in vllo alio spem vllã reliquam mihi.

6 Ausculta ad clamorem meum: siquidem malorum, que plurima perpessus sum, tandem finis: libera me ab his, qui persequuntur me, viribus enim superiores sunt me.

7 Educe carcere animam meam, vt celebrare possim nomen tuum, tum ad me accurrent, et in modum corone iusti cingent me, vbi senserint te vltum iniuriam meam.

Ipsius Dauid 143.

Dñe exaudi orationem meã: auribus percipe. Psalm. cxliij.

1 Domine exaudi precationem meam pro optima fide et equitate tua, quã semper habes cum summa clementia coniunctam: responde desyderio meo.

2 Nec velis summo iure cũ seruo tuo agere, nemo est enim viuentium, qui sic iustus sit, vt non multa tu in eo verissime reprehendere possis.

3 Auxilio tuo maximopere opus habeo, persequitur enim hostis me capitaliter, tãtum non prostrauit in terram vlq; vitam meam, habitare me cogit in locis obscurissimis, que mortuorum sepulchris similima sunt.

4 Meroze conficit sese anima mea. torquet
sese cor meum.
5 In memoriam reuocaui. que fecisti secu-
lis superioribus: diligenter animo reuolui
varia opera tua, in opere manuum tuarū
expendendo totus eram.
6 Expandi manus meas ad te suppler. et
anima mea quum versarer in terra ob sic-
citatem damnato, non alio respexit quam
ad te. Ita res habet.
7 Quare festina et responde votis meis do-
mine, vix enim amplius apud se est spiri-
meus, ne abscondas faciem tuam a me, ne
forte similis fiam illis, qui decidūt in puteū.
8 Hac sentiam mane clementiam tuam, de
te enim pendeo totus: doce me qua via q̄
rectissime eatur ad te: expectauit enim te sum-
mo desiderio anima mea.
9 Eripe me ab hostibus meis domine, tue
enim p̄tectioni occulte iam olim concre-
didi me.
10 Doce me facere quod placitum sit tibi, tu
enim es deus meus: spiritus quesso tuus il
le benignus ducat me per eam viam, que
recta ducit ad te.
11 Propter nomen tuum domine vitam tri-

bue mihi, pro tua iustitia educ ex angustijs animam meam.

12 Pro fauore interim in me tuo subuertes inimicos meos, perdes qui insontem affligunt animam meam: seruus enim tuus ego sum.

Ipsius Dauid 144.

1 MAior est omni laude dominus, qui robur tribuit mihi: qui et docet manus meas arma tractare, et cum hostibus bella gerere, et digitos meos armat in pliũ. Benedictus dominus. Psalm. cxliij.

2 Miris modis misericors est erga me & munit me, et fulcit me, et a malis omnibus liberat me: est mihi instar clypei, et in eo spem omnem meam collocaui, quare et ipse obsequentem facit populum meum mihi.

3 Domine quid vidisti in homine, vt eum agnoscere digneris: aut in filio hominis: vt tam exacte rationem habeas illius?

4 Homo ipsi vanitati quam simillimus est. dies vite illius obscuri similes sunt vmbre, que assidue magis ad noctis caliginem tendit.

5 Inclina celos, et descẽde: percute superbos illos reges, qui montibus videntur similes:

sentiant iram tuam, et veluti fumus evanescant.

6 Jacula refulgur et disperde eos, emitte sagittas et conturba eos.

7 Demitte manum tuam ab alto: libera me, et eripe me ex aquis multis, et a violētia hominum, qui a diuino cultu alieni sunt.

8 Quorum os loquitur vanitatem, et dextera eorum nullius est roboris.

9 Deus nouam habebo celebrandi te carminibus meis occasionem, nablo et decachordo psallam in laudem tuam.

10 Qui victoriam salutarem tribuis regibus et liberas ipsum Dauid seruum tuū a gladio pernicioso.

11 Libera me et eripe me a tyrannide hominum, q̄ a diuino cultu sunt alieni, quorum ore suo mentiuntur, et quorum dextera promittere videtur subsidium, quum nihil cogitet minus.

12 Ut sint filij nostri velut plantule eleganter aucte in adolescentia sua: filie nostre formose veluti angulares columne summo studio exornate, quales in tēplis et regum domibus conspiciuntur.

13 Sint anguli nostri pleni suppeditātes om

nis generis annonam. greges nostri in milia excrescant: et centena milia e caulis exeant in plateas nostras.

14 Boues nostri sani, et ferēdis onerib⁹ apti, nihil eorū que nostra sunt aberret: nec vlla audiatur lamētabilis vox ī plateis nostris.

15 Hortunatus populus ille, cui contingunt huiusmodi: beatus et ille popul⁹, qui dominum habet deum propitium sibi.

Psalmus Dauid 145.

1 LAudibus efferam te mi deus omnium rex, et laudabo nomen tuum quoad vixero. *Exaltabo te deꝰ, psalm. cxliij.*

2 Assidue per singulos dies laudabo te, et laudibus efferam nomen tuum perpetuo, et (si fieri posset) etiam vltra.

3 Magnus dominus, et modis omnibus dignus laude: & eius magnitudinis, vt nemo perscrutari possit illam.

4 Generatio vna veluti per manus tua det alteri laudes operum tuorum, et omnipotentiam tuam annunciabit.

5 Gloriā maiestatis tue magnificentissime, et res a te clarissime cum omnium admiratione gestas, studiose alijs commemorabo.

6 Ut illi robur mirabilium operum tuorum aliis narrent, ego vero magnitudinem tuam pro viribus scripto ad posteros transmittam.

7 Ut illi memoriam immensæ magnitudinis tuæ plenis buccis celebrent, et equitatem tuam cum gaudio cantent.

8 Misericors et clemēs dominus, tardus ad iram, ad clementiam autē pronus mirifice.

9 Benignus dominus in omnes, et omnimoda misericordia relucet in omnibus operibus ipsius.

10 Quare cum gratiarum actione laudabūt te domine vniuersa opera tua, præcipue autem sancti tui magnifice loquentur de te.

11 Magnificentiam regni tui loquentur, et omnipotentiam tuam prædicabunt.

12 Ut sciant posteri Ade omnipotentiam dei, et magnificētissimam gloriā regni ipsius.

13 Regnum tuum regnum est omnium seculorum, et potestas tua regia extēdit se in generationes omnes.

14 Sustentat dominus omnes nutantes, et erigit collapsos.

15 Oculi omnium intenti sunt in te, & tu suppeditabis illis cibum tempore opportuno.

16 Aperies manum tuam, & satiabis bnumquodq; animaliū cibo suo.

17 Iustus est modis omnibus dominus, et pius in omnia opera sua.

18 Prope adest dominus bniuersis, qui inuocant illum, bniuersis inquam illis, qui imprimis ex animo auxilium illius.

19 Quicquid optauerint, qui reuerenter colunt illum, faciet, et clamorem illorum audiet, et salutem adferet illis.

20 Cure sunt domino bniuersi qui amant illum, impios autem ipsos subuertet.

21 Laudes domini sonabit os meum, et laudabit omnis caro nomen insigniter sanctum illius in perpetuum, et (si fieri posset) bltra.

Halleluia. 146.

1 Lauda o anima mea dominum. Lauda aia mea dominū. Psalm. cxlv.

2 Lotus ego laudabo dominū per omnem bitam meam, psalmos cantabo in laudem dei mei quoad bixero.

3 Nolite fidere principibus, neq; blli ex posteris Ade: nō enim habent potestatē beandi quempiam.

4 Exuolauit spiritꝰ ille bitalis illorꝫ, & resoluentur in terram bnde prodierant: et ipso

die mortis peribunt omnia cõsilia illorum.

5 Helix cui deus Jacob adiumẽto est.et cui lita est omnis spes in deo suo.

6 Qui author est celi et terre, maris et omnium que in illis sunt, qui et fidem seruat perpetuo.

7 Qui vlciscitur iniuriam illatam oppressis.qui cibum suppeditat esurientibus: ille dominus, qui liberat e vinculis captiuos.

8 Ille dominus, qui visum tribuit cecis:ille dominus, qui recte incedere facit claudos:ille inquam dominus, qui amicus est iustorum.

9 Ille dominus, qui curam gerit peregrinorum:qui pupillum et viduam confortat, et viam impiorum subuertit.

10 Regnabit dominus perpetuo deus tuus o Sion, in generationem et generationem absq; vllo fine. Halleluia.

Halleluia 147.

Lauda te dñm qñ bon⁹. Psalñ. cxlvj.

1 LAudate deum, quia benignus est, Psalmis cantate deum nostrum: quia gratiosissimus est, et ipsum maxime decet laus.

2 Extruit enim Hierusalem dominus, exules populi Jsraelitici dispersos congregabit.

3 Ille hoc faciet dominus, qui sanat eos, qui fracto sunt animo, et leniter curat dolores illorum.

4 Qui innumerato habet inumeras alioqui stellas, & singulis earũ suis appellat noĩb⁹

5 Magnus est dominus noster et potẽtie infinite: eorum que ipse summa prudentia facit, nullus est numerus.

6 Subleuat mansuetos dominus, prosternit vero impios vsq; in terram.

7 Cantate dominum cum gratiarum actione: psallite deo nostro cithara.

8 Qui tegit celum nubibus, qui parat terre pluuiam, qui producit herbam in montib⁹.

9 Qui tribuit vnicuique animanti suũ pabulum, etiam pullis coruorum implorantibus opem illius.

10 Fortitudinem equi nihili faciet, nec que videntur esse fortia crura viri, ad amorem inuitabunt illum.

11 Sed amat dominus, qui eum reuerenter colunt: et qui spem suam ponunt in clemẽtia ipsius.

12 Honora o Hierusalem dominum, lauda deum tuum Sion. Lauda hierusalẽ dominum Psalm. cxlvij.

13 Fecit enim fortissimos vectes portarum

tuarum, benefecit filijs tuis, qui intra te et tecum sunt.

14 Qui curat ne fines tuos quisquam infestet, et adipe satiat te.

15 Cuius iussu decidit in terram pluuia, cuius mandatis patent subito omnia.

16 Qui tribuit niuem similem lane, et pruinã tanquam cinerem dispargit.

17 Qui immisit frustratim grandinem similem glacie, tam frigidam vt nemo nõ horreat a frigore ipsius.

18 Rursus illo iubente Solis ardor liquefacit glaciem illam: spirare faciet vẽtum quẽcunq; voluerit, et producet pluuiam.

19 Qui indicat sermonibus suis, quid fieri velit ab ipso Jacob: mandata sua et prescripta equitatis sue normas tradidit Jsraeli.

20 Non fecit hoc vlli extere nationi, neq; ipsas equitatis formas a deo Jsraeli prescriptas vlla nouit. Halleluia.

Halleluia. 148.

Lauda te dñm de celis. Psal. cxlviij.

1 LAudate dñm e celis, laudate illum quotquot habitatis in excelsis.

2 Laudate illũ vniuersi angeli ipsius: laudate illum stelle vniuerse, que condite estis ab illo, et estis veluti exercitus illius.

3 Laudate illum sol et luna, laudate illū pla-
nete, qui lucetis pre ceteris stellis omnibus.
4 Laudate illum varij celorū orbes, et aque
que estis supra celos ipsius.
5 Laudent vniuersa hec nomen domini, il-
lius enī iussu extiterūt, et sunt hoc qd̄ sunt.
6 Et stabilitas quam tribuit illis, durabit
seculis plurimis: legem dedit singulis illo-
rum, quam nequaquam transgredientur.
7 Laudate ex ipsa terra dominum dra-
cones, et quotquot estis animātia in profun-
dissimis abyssis.
8 Ignis, grando, nix, vapor, & vētus tur-
binem excitans, et hoc quod a deo iube-
tur faciens.
9 Montes et vniuersi colles, arbores fructi-
fere, et omnes cedri.
10 Quicquid viuit ratiōis quoquo modo ca-
pax, vniuerse preterea bestie, et quicquid
vlquam repit: aues quoque pennis voli-
tantes.
11 Reges, quibus imperium contigit in ho-
mines, qui terram incolunt: vniuersi popu
li, principes quoq; et omnes iudices terre.
12 Iuuenes et virgines vna cum adolescen-
tibus.

13 Laudent nomẽ domini, exaltatum est eñ et inspiciendum nomen illius solius: honor et gratiarum actio debetur illi ab his, qui sunt vel in terra, vel in celis.

14 Exaltabit cornu populi sui, quarum nunquam cessabunt laudare illum sanctificati ab eo filij Israel, populꝰ sunt propinquus et familiaris illi. Halleluia.

Halleluia

149.

Cãtate dño cãticum nouũ. Psal. cxlix.

1 Cantate domino carmen nouũ: cantentur laudes eius in cetu sanctorũ.

2 Oblectet sese Israel authore suo, filie Siõ exultent talem regem contigisse sibi.

3 Laudent nomen illius choro, tympano et cithara psallant in honorem illius.

4 Amat enim dominꝰ populum suum, ornabit mansuetos salute stabili.

5 Exultabunt sancti cum summa gloria, leti cantabunt in lectis suis.

6 Laudes omnipotentis dei erunt in ore ipsis, quare et gladij vtrinque dei beneficio fient acuti in manibus illorum.

7 Vt vlcisci queant sese de gentibus, et castigare populos.

8 Vt vinciant reges eorum catenis, et pri-

mates eorum vinculis ferreis.

9 Ut exercere possint in eos iudicium a deo prescriptū, que res honori verteretur cunctis. qui sacris illius initiati fuerint. Halleluia.

Hallelvia

150.

Laudat dominū in sanctis eius. Psal.cl.

1 LAudate dominum ob insignem sanctitatem illius: laudate illū ob celsū, quod argumentum est fortitudinis illius.

2 Laudate illum ob omnipotentiam illius, laudate illum ob immensam magnitudinem illius.

3 Laudate illum clangore tube, laudate illum nablo et cithara.

4 Laudate illum tympano et choro. laudate illum fidibus et organo,

5 Laudate illum taratantaris sonoris. laudate illum taratantaris ad hilaritatem excitantibus.

6 Quicquid vlquam viuit, laudet dominū.

Halleluia.

¶ Inder psalmorum: secundum veterem translationem: numerus tamen secundum Hebreorum supputationem.

A

AD dominum cum tribularer clamaui. Psalmus 120
Ad te domine leuaui 25
Ad te domine clamabo 28
Ad te leuaui oculos meos 123
Afferte domino 29
Attendite populo meus 78
Audite hec omnes gentes 49

B

BEati immaculati in via 119
Beati omnes qui timent dñm 128
Beati quorum remisse sunt 32
Beatus vir qui non abijt 1
Beatus qui intelligit super egenum 41
Beatus vir qui timet dominum 112
Benedic anima mea dño. et omnia 103
Benedic anima mea dño. domine 104
Benedixisti domine terram 85
Benedictus dominus deus meus 144
Benedicam dominum in omni tẽpore 34
Bonum est confiteri 92

Index Psalmorum.

A

Cantate domino canticum nouū, cantate 96
Cãtate domino canticum nouum, quia mirabilia 98
Cãtate dño cãticũ nouũ, laus eius 149
Celi enarrant gloriam dei 19
Confitebimur tibi 73
Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo 9
Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio 111
Confitebor tibi domine in toto corde meo, quoniam audisti 138
Confitemini domino et inuo. 105
Confitemini domino, quoniam 106
Confitemini domino, quoniam 107
Confitemini domino, quoniam 118
Confitemini domino, quoniam 136
Conserua me domine 16
Credidi propter quod locutus 116
Cum inuocarem exaudiuit 4

D

De profundis clamaui 130
Deus auribus nostris 44
Deus deorum dominus 50

Index Psalmorum.

Deus deus meus respice 22
Deus deus meus, ad te de 62
Deus in adiutorium meum 70
Deus in nomine tuo saluum 54
Deus iudicium tuum regi da 72
Deus laudem meam 109
Deus misereatur nostri et benedicat 67
Deus noster refugium 46
Deus quis similis erit 82
Deus repulisti nos 60
Deus stetit in synagoga 82
Deus venerunt gentes 79
Deus vltionum dominus 94
Dilexi quoniam exaudiet dominus 115
Diligam te domine fortitudo 18
Dixi custodiam 39
Dixit dominus domino meo, sede 110
Dixit iniustus vt delin. 36
Dixit insipiens in corde 14
Dixit insipiens in corde 53
Domine clamaui ad te 141
Domine deus meus in te 7
Domine deus salutis mee 88
Domine dominus noster 8
Dñe exaudi orationē meā, et clamor 102
Domine exaudi orationē meā, auribꝰ 143

Domine in virtute tua 21
Domine in furore tuo 6
Domine ne in furore tuo 38
Domine non est exaltatum cor meũ 131
Domine probasti me et cognouisti 39
Domine quid multiplicati 3
Domine quis habitabit 15
Domine refugium factus 90
Domini est terra et plenitudo eius 24
Dominus illuminatio mea et salus 27
Dominus regit me et nihil mihi 23
Dominus regnauit.decorem indu. 93
Dominus regnauit.exultet terra 97
Dominus regnauit.iracscantur 99

E

Ecce nunc benedicite 134
Ecce q̃ bonum et q̃ iocundum 133
Eripe me de inimicis 59
Eripe me domine 140
Eructauit cor meum verbum bonum 45
Exaltabo te domine 30
Exaltabo te deus meus 145
Exaudiat te dominus 20
Exaudi deus deprecationem 61
Exaudi deus orationem 55
Exaudi deus orationem 64

Exaudi deus iustitiam 17
Expectans expectaui 40
Exultate deo adiutori 81
Exultate iusti in domino 33
Exurgat deus et dissipentur 68

H

Hundamenta eius in montibus 87

I

In conuertendo dominus 126
Inclina domine aurem tuam 86
In domino confido 11
In exitu Israel. Nō nobis domine 114
In te domine speraui 31
In te domine speraui 71
Iubilate deo omnis terra 66
Iubilate deo omnis terra. seruite dño 100
Iudica domine nocentes 35
Iudica me deus et discerne 43
Iudica me domine 26

L

Lauda anima mea dominum 146
Lauda hierusalem dominum 147
Laudate dominum de celis 148
Laudate dominum in sanctis 150
Laudate dominum omnes 117
Laudate dominum. quoniam 147

Laudate nomen domini 135
Laudate pueri dominum 113
Letatus sum in his que dicta sunt 122
Leuaui oculos meos in montes 123

M

Magnus dominus et laudabilis 48
Memento domine Dauid 132
Misericordiam et iudicium 101
Misericordias domini 89
Miserere mei deus, secundum magnā misericordiam 51
Miserere mei deus, quoniam 56
Miserere mei deus, miserere 57

N

Nisi dominus edificauerit 127
Nisi quia dominus erat in 124
Noli emulari in malignantibus 37
Nonne deo subiecta 62
Notus in iudea 76

O

Omnes gentes plaudite 47

P

Paratum cor meum 108

Q

Quare fremuerunt gentes 2
Quam bonus Israel deus 73

Quam dilecta tabernacula 84
Quemadmodum desyderat 42
Qui confidunt in domino 125
Quid gloriaris in malitia 52
Qui habitat in adiutorio 91
Qui regis israel 80

S

Aluum me fac deus, quoniam defecit 12
Saluum me fac deus, quoniam in. 69
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc 129
Si vere vtiq; iustitiam 58
Super flumina Babylonis 137

T

Te decet hymnus deus in Sion, et tibi reddetur votum 65

V

Enite exultemus domino 95
Verba mea auribus percipe 5
Voce mea ad dominum 77
Voce mea ad dominum cla. 142
Vsquequo domine obliuiscetis 13
Vt quid deus repulisti 74

Finis Tabule.

¶ S. Athanasius ad Marcellinum in librum Psalmorum Capnione interprete.



Emiror tuum in Christo propositum amice Marcelline, & et tentationem presentem, in qua es plurima passus, gene rose fers, et studia tamen non negligis. Cum enim epistolé baitilum interrogassem, quonam modo post morbum vitam degeres, plane dicite omnibus diuinis literis frequentem operam dare. Psalmorum autem libro magis incumbere, atq; istuc contendere, vt in singulis quibusq; Psalmis latentem sensum deprehendas. Quo te chariorem habeo, quod ego ipse quoque ita magnam erga idem volumen gero affectionem, vt vir alias in vniuersam scripturam. Equidem cum essem ea voluntate preditus, obuiam fui cuidam Philopono tum seni. Cupio sane tibi que vir ille mihi de Psalterio quod manu gestabat enarrauerit prescribere, habet enim ea res cum rationabili ex-

planatione nonnullam etiam persuasionē. Aiebat autem sic. Omnis quidem fili accepta nobis scriptura tam vetus quam noua diuinitus inspirata est, et vtilis ad doctrinam vt scriptum est. Singularem autem obseruationem prębet attendentib⁹ nobis liber Psalmorum. De ceteris enim libris peculiarem singuli professionem pollicentur, et prę se ferunt. Vt Pentateuchus mundi originem, Patriarcharum gesta, reditum Israelis ex Egypto. Leges latas, apparatum tabernaculi, et sacrorum ordinum institutionem. Triteuchus, distributionem hereditatis, acta Judicum, et Dauidis natiuitatem atque genus. Regna et Reliquie, gesta Regum. Esdras deinde captiuitatem, reditumque populi, restaurationem templi, et ciuitatis. Post vero. Prophete, de Saluatoris aduentu vaticinia, et admonitiones prręceptorum, et transgressorum obiurgationes, et futuros Gentibus euentus. Liber autem Psalmorum, ceu hortus quidam delitiarum, et cuncta hęc proferendo dulce cantillat, et singula circa ea Organice ludendo demonstrat.

De Geneſi enim pſallit in. 18. Celi enarrant gloriam dei, creationē autem vel poeſim eius adnunciat firmamentum. et. 23. Domini eſt terra, et plenitudo eius, orbis terrarum, et vniuerſi qui habitant in ea. Ipſe ſuper maria fundauit eam.

Atque in Exodo ſunt, in Numeris, in Deuteronomio, preclare canit in. 77. Pſalmo, et. 104. 105. 113. In exitu Iſrael de Egypto, domus Jacob de populo barbaro. Quod conſonanter expreſſit in. 104. cum ait. Miſit Moyſen ſeruum ſuum, et Aaron quem elegit ſibi, miſit tenebras, et obſcurauit eos, conuertit aquas eorum in ſanguinem, edidit terra eorum ranas. Quin totum Pſalmum hunc comperiemus de illis euentis eſſe ſcriptum. De ſacerdotio quoque ac tabernanaculo refert in 28. Afferte domino filij dei, afferte domino filios arietum.

Que demum Naue ſunt Judicumque aliquo modo cōmonſtrat in Pſalmo. 106. Conſtituerunt ciuitates habitationis. et ſeminauerunt agros, et plantauerunt vineas. Nam ſub Naue data eſt eis terra promiſſionis, ſed quod in eodem Pſalmo ſub-

sequitur. Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberauit eos, id Judicum volumen indicat, tunc enim clamantibus illis, excitauit quocunque tempore subsidiarios iudices, et populum a molestatoribus suis liberauit.

De Regibus etiam concinuit in. 19. Hi in curribus, et hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimꝰ: Ipsi obligati sunt et ceciderūt, nos autem surrexerimus et erecti sumus.

Eldre deinde que sunt in. 25. qui est graduum canuntur. In conuertēdo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati, et iterum. 121. Letatus sum in ijs que dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalem que edificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum: Illuc enim ascenderūt tribus tribus domini, testimonium Israel.

Preterea que vniuscuiusque fere prophetarum sint, insinuat tam de saluatoris aduentu, quam etiam quod idem cum sit deꝰ. tamen ad nos homines pfecturꝰ sit. Itaq;

in Psalmo. 49. canit Deus manifeste veniet, deus noster, et nõ silebit. et in. 117. Benedictus qui venit in nomine domini, benedixímus vobis de domo domini, deus dominus et illuxit nobis.

Quod vero ille sit patris verbum in. 106. sic modulatur. Misit verbum suum et sanauit eos, et liberauit eos de interitionibus eorum. Nam is qui venit deus, idem est verbum quod missum est.

Agnoscens autem verbum illud esse filiũ dei, cantat voce patris psalmo. 44. Eructauit cor meum verbum bonum. Et iterum 109. ex vtero ante luciferũ genui te. Quid eñ aliud quis diceret genitũ dei, quam verbum et sapiẽtiam eius? Cunq; hunc sciret, liber psalmorum, esse verbum patris, dixit in 32. Verbo domini celi firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Christum autem id est vnctum eundẽ aduentare non ignorauit, sed de illo accurate loquitur in. 44. Sedes tua deus in seculũ seculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatẽ, propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis.

Et ne quis eum apparenter tantum ac secundum phantasiam crederet esse venturum: promulgauit hominem ipsum nasciturum, et eum esse, per quem omnia facta sunt, vt in. 86. Mater Sion dicet homo, et homo natus est in ea, et ipse fundauit eam altissimus, huic simile dictum est. In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum, omnia per ipsum facta sunt.

Propterea quoque illud ex virgine non tacuit, sed mox eius demonstrationē quādam attulit in. 44. Audi filia et vide, et inclina aurem tuam, et obliuiscere populum tuum, et domum patris tui. Quia cōcupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus tuus. Hoc iterum par illi est quod a Gabriele dicit. Aue gratificata, dominus tecum, cum enim asseruisset ipsum fore Christum, statim humanam ostendit natiuitatem, que futura esset de virgine, Audi filia. Gabriel proprio illam nomine vocat Mariam, quod ei erat quantum ad cognitionem extraneus. Dauid autem ex suo semine nasciturum appellauit filiam.

Obseruauit et hoc, vt quem affirmasset nasciturum esse hominem, consequenter eundem in carne passibilem fore significaret, certus de futuris Judeorum insidijs. Unde psallit. 2. sic. Quare fremuerũt Gentes, et populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terre, et Principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum, et aduersus Christum eorum. Jnqz. 21. cõditionem mortis ex persona saluatoris describit. Jn puluerem mortis deduxisti me, quoniam circundederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt ossa mea. Jpsi vero consyderauerunt et inspexerunt me: Diuiserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Fodere autẽ manus et pedes, quid aliud dicendo, quam crucem significat?

Hec omnia docens etiam adiecit quod nõ propter seipsum, sed proter nos eiusmodi patiatur dominus. Quapropter in ipsius iterum persona. 87. sic ait. Super me confirmatus est furor tuus. et. 68. Que non rapui tunc exoluebam: non enim reus et

obnoxius moritur, sed pro nobis passus est. Et eum furorem qui contra nos ob preuaricationem ortus erat ipse sup seipsum imposuit. Unde cum illud legam⁹ de psalmo 137. Domin⁹ retribuet pro. Et vicissim spiritus in. 771. polliceatur, q̄ saluos faciet filios pauperum, et ℌumiliabit calumniatorem, quia liberabit pauperem a potente, et pauperem, cui non erat adiutor.

Per hoc suū ipse in celos reditū prenūciauit. 23. Attollite portas principes vestras, et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie. Jn. 46. autem. Ascendit deus in iubilo, dominus in voce tube. Aliquāto post, Adnunciat diuinam sedem. 109. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Et in. 9. addit consummatam diaboli perditionem cum exclamat. Sedisti super thron num qui iudicas iustitiam, increpasti gentes, et periit impius. Etenim quod iudicandi potestatem a patre acceptauerit, noluit esse occultum. Sed venturum vniuersis iudicem, ipsum patefecit. 71. Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam fi-

lio regis: Judicare populum tuū in iustitia, et pauperes tuos in iudicio. Et. 49. Aduocauit celum desursum: et terram discernere populum suum. Et adnunciabunt celi iustitiam eius; quoniam deus iudex est. et 71. Deꝰ stetit in synagoga deorum, in medio autem deos disudicat.

Uocationem autem gētium valemus ex isto libro per varios locos cognoscere, potissimum in Psal. 46. Omnes gentes plaudite manibꝰ, iubilate deo in voce exultationis. Et. 71. Coram illo procidēt Ethiopes, et inimici eius terrā lingēt. Reges Tharsis et insule munera offerent: et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient ei. Hec igitur psalmis cantantur, que singulatim in alijs libris enarrantur.

Prudenter item in qualibet scriptura (inquit) precipua de saluatore fit mentio, ea extat omnibus communis professio et eadē cōsonātia spiritus. Sicut eñ illa que aliorū sunt in hoc libro possunt inueniri, ita et que huius sunt, in alijs plerunq; reperiuntur. Moyses namque canticum scribit. Isaias concinit. Habacuc carmine orat. Rursus in quolibet libro videre licebit: et prophe-

tias,et legum precepta et historias. Est enī idem spiritus super omnes,et iuxta distributam in quēlibet diuisionem, quisq; gratiam sibi datam administrat & implet,siue sit pphetia,seu legis latio,aut historie narratio, vel Psalmorum amenitas.

Uerum qō vnus est et idem spiritus cui⁹ omnes diuisiones sunt, et ipse secundū naturā est indiuisibilis,erit hoc iccirco re vera in seipso totum, sed intellectu reuelationes et diuisiones spiritus singulis contingūt, & tum iuxta subiectam opportunitatem sepius vnusquisq; respondēs eloquitur verbum. Unde oritur id quod paulo ante dixi legis latorē Moysen prophetare quandoq;, ac etiam cantare. Uicissim vero et Prophetas etiam leges atq; precepta dare. Lauamini mundi estote. Et laua a malitia cor tuum Hierusalem, et historias aliquando relq; gestas recensere, vt Danielem nouimus de Sulanna. Et Isaiam de Rapsace atq; Senacherib. haud aliter et Psalmorū liber habet quod Odarū est proprium, vt que in alijs libris translatorie dicūtur,ea hic late prosequatur cū dulci vt prefertur modulamine. Precipit nihilominus quādo di-

cit: deline ab ira, et derelinque furorē. Declina a malo, et fac bonum, inquire pacem, et persequere eam. Et quandoq; historias quoq; recitat, vt que Israeli acciderunt in via, et vaticinatur de saluatore quēadmodum prior loco dictum est. Extat igitur ea spiritus gratia communis et apud omnes eadem: prout necessitas postulat, et spiritus vult. Nō enim differt plus, et minus in eodem vsu cum quilibet strenue suum explet et perfectum exequitur ministerium.

Et ita liber Psalmorum iterum habet p̄priam gratiam precipuamq; obseruationē. Nam inter alia quib⁹ ad ceteros libros p̄portionem habet, et communionem, etiam p̄prīū sortitur hoc mirabile quod cuiusq; anime motus et mutationes atque correctiones descriptas et effigiatas in se continet, vt si quis velit, facile queat ex eo tanq; ab imagine certa, quedam sumere, ac considerare, tum demiq; seipsum conformare, vt ibi scriptum est. In alijs eñ libris tantummodo audiuimus legem precipiētem, quid fieri oporteat, & quid nō oporteat: tum prophetiam, vt venientem nō ignoremus saluatorē, necnon historias, quibus cogno-

scī possint regum & sanctorum gesta. In libro autem psalmorum simul cum eo, etiã quod audiẽs illa dicerit, adhuc et motiones anime sue inspicit et deprehendit. Et deinde ad que afficitur: et in quos comprimitur, seu torquetur, poterit rursus ex isto habere imaginem et exemplar orationum, vt non solum postquam audierit, pertranseat: sed etiam qualiter debeat: et dicto et facto affectionem curare, perdiscat. Sunt et in alijs voluminibus phibitui sermones vitia detantes. In isto autem mod⁹ quo abstineatur, prescriptus est. Verbi causa monemur penitere: tũ qđ penitere, sit cessare a peccato. Verum in hoc libro forma penitendi traditur: et quid oporteat dicere in presentia.

Deinde succedit Pauli doctrina. Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem: spes autem non confundit. Sed in psalmis et quomodo ferre oporteat tribulationes: et qua via singuli probemur: et qua vtamur oratione sperantes in dominum, ostenditur. Preterea preceptum est in omnib⁹ gratias agere. Quid nam vero dicere agẽtem gratias deceat, exprimerunt psalmi. Porro ab

alijs accipimus. Omnes qui pie volunt viuere in Christo: persequutionē patientur. Ex istis certe audimus, quomodo fugientes sapere oportet: et qui sint qui persequutionem patiantur: et quales orationes post persequutionē debeant liberati offerre deo.

Benedicere iubemur domino: et illi confiteri, sed qua forma deum laudemus: et que verba confitendo proferre decenter conueniat. ex psalmis instituimur. Ad summū. In vnaquaque causa inuenire licet diuina cantica tam ad nos quam ad motum et statum nostrum pertinentia.

Est item hoc vnum in psalmis admirabile, quod in alijs libris: aut quas res dixerunt sancti: aut de quibus scripserunt: ita legim⁹, vt enarrare tantum ac recitare videamur: et qui legentes nos audiunt: mox alios esse quosdam concipiunt, de quib⁹ sermo fiat: & allegata eorum gesta sepe ita mirantur et laudāt: vt ad ea imitanda parati sint. Hūc vero librū qui in manus sumpserit (pphetijs solū exceptis) quas vt in alijs scripturis ita & hic laudib⁹ effert & volit, cetera psalmorum ceu ppria et sua verba legit. Et ꝗsquis erit qui audiat haud ser⁹ stimu-

latur, atq; ipse idem esset qui legeret ad verbaq; carminum disponitur et paratur, ac si peculiariter essent sua.

Declarationis autem gratia nō me pigebit secundum sanctum Paulum, repetentem idem iterū dicere. Uarij sermōes Prophetarum sunt, et eorum propriij peculiariter ab eis prolati. Locutus est Moyses, et deus respondit. Elias et Eliseus in monte Carmeli sedentes inuocabant dominum, & semper dicebant: Uiuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Et sic de alijs sanctorū Prophetarum sermonibus, qui apparent precipui de saluatore, tam qui ad Gentes q̄ qui ad Israelem habiti sunt. Nemo tamē dicta Prophetarum tanq̄ sua pronūciare, nec Moysi verba ppria de se prolata, vel imitari conabitur, nec Abraha de domi sue dispē satiue nato seu Ismaele, necnon que de magno Isaac feruntur, etiam si qua necessitas vt ita dixerim, coegerit, tamen quasi extent sua propria dicere quisq̄ ne ausus quidem fuerit. Muta si quispiam cōpassione quantacunq; ductus, aliquo melioris desyderio cōmoueatur, neutiq̄ vt Moyses orauerit, ostende mihi teipsum. Nec item sic contēde-

rit, si dimiseris eis peccatū, dimitte, sin nō dimiseris, dele me de libro, cui inscripsisti.

Nullus quoq; verbis prophetarum pro suis vtetur, vt eisdem proprie hūc quidem laudet, hunc vero vituperet, pari modo vt illi vel laudarunt vel vituperarunt. Neq; hoc, Ait dominus, in cuius conspectu sto hodie, vsurpabit quisquam pro suo. Nam qui eos libros euoluerit, plane notum habebit non esse proprios legentis sermones, sed illorum sanctorum, et eorum qui ab illis citantur. Qui autem psalmos recensuerit, exceptis que sunt de saluatore ac gentibus, vaticinijs (mirabile dictu) oia verba commutatim pro suis loquetur, & quasi de seipso scripta cātabit, non autem vt si essent alterius cuiusquam, qui ea dixisset, aut de altero quopiam allegata recipit et trāscurrit, sed tanq; ipse de seipso loquēs componitur, et que dicūtur tanq; ea ipse fecisset, ex semet ipso comminiscens refert ad deum. Nō eñ singulari ea cultu venerabit, quasi patriarcharum ac Moysi alioruq; prophetarū essent verba, eo quod tam legum obsequentem, quam etiam trāsgressorē, et vtriusq; illorū actus continēt psalmi. Vnde necessa-

rium est omnem hominem illis comprehendi, et vt de obseruante mandatum, vel preuaricante quolibet orationes huiuscemodi facere mentionem. Sane mihi videtur psalmos psallenti esse, sicut speculum, in quo ipse cernere valeat animae suae motus, et ita cõperiens eosdem ceteris enũciare. Nam qui audit legentem carmen aliquod eiusmodi, profecto id accipit quasi de seipso cõscriptũ, et quum eum remordet conscientia, compũctus aget penitentiam, aut de spe in Christum, et gratia erga fideles certior factus, exultare et agere deo gratias incipit.

Ergo qui tertium cantauerit in proprias tribulationes inspiciẽs, quasi verba sua esse putabit. Mui. 10. et. 16. quasi fiduciam sui propriam et votum enunciat. Mui. 50. per penitentiam sit vt est, verba eius loquitur. Mui orat. 53. 55. 56. 141. tanq̃ non alio persecutionem passo, sed disponitur, quasi idem ipse toleraverit, et hos deo ceu ppros sermones modulatur.

Ita omnino quilcz psalmus spiritu dictꝰ et cõpositus est, vt animae nostrae motiones in illis valeamus cõsyderare, sicut in superioribus ostensum est. Omnesq̃ reputare

de nobis esse dictatos, haud secꝰ atq; nostra verba, vt ijs meminerimus tam proprios in nobis motꝰ q̃ vite nostre correctionem. Ea enim que psallentes exprimunt, cõmode nobismetipsis fore possunt, et characteres et forme. Porro hec est saluatoris gratia, vt homo propter nos factus: etiam corpus suum pro nobis in mortem daret, quo cunctos liberaret a morte. Celestem autem et placidissimam viuendi politiam eius nobis cupiens ostendere, illam in seipso exhibuit formatã, vt nõ facile cõtigeret aliquos decipi ab inimico, quãdo securitatis pignꝰ tenerent, partã scilicet sibi p nobis victoriã.

Quapropter non solum docuit, sed et fecit vt quisq; nostrum audiremus eum loquẽtem, et tanquam in imagine conspicientes acciperemus ab eo faciendi exemplum. Presertim hoc audito. Discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Quis autem posset animo cogitare vllã ad virtutes perfectiorem doctrinam, quam cuius formã expressit dominus in semetipso:

Optet velim sibi aliquis vel patientiam, vel humanitatem, vel benignitatẽ, vel fortitudinẽ, vel misericordiã, vel iustitiam, oĩa

in illo reperiet, vt nihil ad virtutem deesse videatur, si quis inspexerit humanam domini vitã. Quod Paulus cognouit, dicẽs: Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Nam qui apud Grecos sunt legislatores, non amplius q̃ dicendo placent. Dominus autem, vere dominus vniuersorum, et eorum que fecit curator, non solum leges finxit, sed earum et formam seipsum dedit, vt se scirent habere qui vellent, illarũ exequẽdi potestatem. Quod ideo ante eius aduentum psalmis itonuit, vt sicut in seipso perfecti ꝛ celestis hominis figuram prebuit: ita et ex psalmis quisquis vellet motus et dispositiones animorum perdiscere posset, inueniens in eisdem cuiuscunq; motionis curam, et correctionem. Si enim oporteat probabilius ꝛ euidẽti⁹ dici: ois pfecto scriptura diuina virtutis est, et vere fidei magistra.

Liber autem psalmorum habet etiã quodam modo imaginem status animarum. Nam vt regem accessurus quispiam componit, et habitum, ꝛ verba: vt non extranea dicens: imperitus vocetur, ita diuinus iste liber currenti ad virtutem, et cupienti saluatoris in corpore videre vitam lectione sua

prius suggerit atq; recenset motus, et affectiones animarum, et demum accedentem instruit: et docet huiusmodi sermonibus.

Sunt vero, vt quãtũ ad hũc librũ attinet, id in primis obseruek: alij cõstituti i narratione: alij in admonitione: alij in prophetia: alij in prece: alij tanquam in confessione.

Qui dicũtur in narratione, hi sunt. Decimus octauus. 43. 48. 49. 72. 77. 86. 88. 109. 113. 126. 136. summa. 12.

Qui autẽ ad preces, hi sunt. Sextus. 67. 89. 101. 131. 141. summa, Sex.

Qui ad euentum, votũ, et obsecratiões. 5. 6. 7. 11. 12. 15. 24. 27. 30. 34. 37. 42. 43. 44. 55. 56. 58. 60. 66. 82. 85. 87. 139. 140. 142. summa. 25.

Qui ad euentum, votum, obsecrationem, et gratiarum actionem. 138. vnus.

Qui quasi ad euentum solum. Tertius 25. 68. 69. 70. 73. 78. 79. 108. 122. 129. 130. summa duodecim.

Qui ad cõfessionẽ, quinquagesimꝰ, vnus.

Qui cõmixtã habent cõfessionẽ. Nonus. 74. 104. 105. 106. 117. 135. 136. sũma, octo.

Qui complicatam habent confessionem: et narrationem cum laude. 111. vnus.

Qui in admonitione. 39. vnus.

Qui in ꝓphetia. 20.21.44.46.71. summa. quinq.

Qui denunciatet vaticinatur. 109. vnus.

Qui exhortantur & quasi ꝓuocant. sunt 28.32.80.94.95.96.97.102.103.104. summa. decem.

Qui exhortatur cum cantico. 149. vnus.

Qui virtutis modum describũt. 104.111. 118.124.132. summa quinq.

Qui laudẽ adnunciant. 46.112.116.134. 145.146.147.148.150. summa. 9.

Qui in actione gratiarum sunt. 8.17.29. 33.45.62.73.84. 115.120.121.123.125.128. 141. summa quindecim.

Qui beatitudinem resonant, ꝓimus. 31. 40.111.118.127. summa sex.

Et alius qui demõstrat alacritatem cum cantu. 117. vnus.

Et alius qui exhortatur ad fortitudinem. et est. 71. vnus.

Qui accusant impios et trãsgressores. ac iniquos. secũd⁹. 13.35.51.52. summa quinq

Et alius qui inuocat. quartus. vnus.

Qui inferiecta denunciant, sicut. 79.66. summa duo.

Qui in domino gloriandā affectus exponunt. 22.26.38.39.41.61.75.83.96.98.121. summa vndecim.

Qui prouocant et inuitant. 57. 81. summa duo.

Qui cum hymnis verba dicunt. 47. 64. summa duo.

Qui exultationem de resurrectione. 65. vnus.

Et alius exultationis solum verba dicit 99. vnus.

Que cū in Psalmis sunt ordinata et dispolita, facile deinceps futurum est, quoslibet posse in eorū quolibet, vt supra diximꝰ, inuenire motū et statū anime sue, ac super vnoquoq; horū et formā & doctrinam: et quid dicturus placere valeat dño, et qualibus verbis seipsum corrigere, et grās agere deo, ne contingat extraneo more dicētem in impietatem detestabilem incidere. Non enim solum de operibꝰ, verū etiam de omni otioso verbo reddere debebimus iudici rationem.

Si igitur bealum aliquē dicere velis habes quomodo, & propter quid, & quem dicas primum. 31.40.111.127.

Si reprehendere Judeorū vis contra sal-

uatoris insidias, habes Odam secundam.

Si persequuntur et multi insurgunt aduersum te: dic tertium Psalmum.

Si autem et sic tribulatꝰ inuocasti dominum: et quoniam exaudiuit agere bis gratias: canta quartum, et. 114.

Si malignantes tibi noueris parare insidias, et auribus percipi optes orationem tuam: canito mane quintum.

Si minas domini sentias: et inde territũ te vides: dicere potes sextum, et. 37.

Si autem consilium ineunt aliqui contra te, sicut Achitophel cõtra Dauid: et hoc aliquis tibi nunciet, cane septimum: et confide in deo qui te liberabit.

Cernens vero gratiam saluatoris circũquaq; diffusam: et saluatũ genꝰ humanũ, si velis alloqui dominum: cane octauum.

Si rursus canere vis pro torcularibꝰ, deo gratias agens: iterum habes octauum, et octuagesimum.

Si eneruari cupis inimicũ et creaturã esse saluã: ne glorieris in temetipso: sed clyde ra filiũ dei hoc dirigẽtẽ: et dic. 9. psalmum.

Si quis te metu afficere velit: habe tu fiduciam in dominum: et canta. 10.

Cum autem plurimorum superbiam videris & superabundantem maliciam, ita vt nihil sit inter homines sanctum, confuge tu ad dominum, et dic. 11.

Si diutius perseuerent aduersariorũ insidie, ne desperes quasi obliuioni traditus a domino, sed inuoca dominum canens. 12.

Si autem blasphemantes aliquos aduersus prouidentiam audieris, ne sis tu quoq; particeps eorũ impietatis, sed accede ad dominum, et dic decimum tertium. et. 52.

Deinde si vis nosse qualis sit regni celorum ciuis, cane. 14.

Opus est tibi oratione propter resistentes et circundãtes animam tuam, cane. 16. 25. 50. 85. 88. 140.

Vis scire quõ Moses orauit, habes. 89.

Saluus euasisti ex inimicis tuis, & liberatus a persequentibus te, cane tu quoq;. 17.

Miraris et creature ordinem, et prouidentie erga se gratiam et legis precepta, cane 18. et. 19.

Tribulatos vides, consolare eos, & orans pro eis dic verba psalmi. 22.

Vides te pasci a domino, et prospere agere, gaudens super eo, cane. 92.

Inimici super te irruunt, tu vero leuabis animam ad deum: et dices. 24. et aspectu iniuriatores eneruabis.

Perseuerãt inimici, nihil aliud q̃ manus habẽtes sanguie plenas: et querẽtes te iteri mere: ne des hoi iudiciũ: suspecta eñ sũt humana oia: sed deum pete iudicem fieri: nam solus ipse iudex est, et dic. 25. 34. et. 42.

Sin autem seuius incubuerint: et multitudo instar castrorum sint inimici, despiciẽtes quasi ne vnctus quidem fueris: et iccirco te hostiliter inuadere parati sunt, ne timeas: sed psalmum cane. 26.

Quoniam vero infirma est humana cõditio: si rursus impudẽtes sint qui insidiantur: vt nullam tibi per eos liceat habere vocationem: clama ad deum: proferẽs que cõtinentur in Psal. 27.

Si nosse velis quomodo gratias acturus accederet ad deum debeas, intelligendo intellectualiter: cane. 28.

Deinde renouãs domũ tuã, tam aiam q̃ dñs suscipit: q̃ sensibilẽ domũ in qua corporaliter habitas. age gr̃as et dic. 49. et. 126.

Quando autẽ te ꝓpter fidem erga Christum qui est veritas ab amicis: et ꝓpiquis

odio haberi, & psequutionē pati noueris: ne frāgaris aio: neue familiares & notos tuos auertere te cupientes extimescas: sed abeis secedēs que futura sūt cōsydera: et cane. 30.

Uides baptizatos: et a corruptibili natiuitate ablutos: mirarisq; dei clementiam, cane super illos. 31.

Quando psallere vis cum multis, congrega iustos viros: et vita pbatos: et cane trigesimum secundum.

Incidisti in hostes & certe ab illis aufugisti: & declinasti i insidias eor, si vis gras agere, cōuoca mites homines et cū eis cane. 33.

Si vides iniquos in malum certare, noli putare secundū naturā illis inesse peccatū: quemadmodum heretici quidā: sed dic. 35. Et videbis quod ipsi sunt peccandi occasio.

Si videris malignos multa perpetrare iniqua, et a pusillis in hoc laudatos quo tu cupias admonere aliquos, ne illis intēdāt: neue pariter emulētur eosdem: quia ocyus extinguantur, dic et tibi et illis. 36.

At tu statuisti habere tui curam, et vides aggressorem inimicum (tunc enim magis in tales excitamur) et vis iam temet parare aduersus eum, cane. 38.

Cernis multos egenos et pauperes, & vis misereri eorum, potes hoc quidem iam miseratos recipere. alios autem ad tic faciẽdũ hortari, dicẽdo quadragesimum psalmum.

Ceterũ si omnino desyderiũ habens erga deũ, inimicos audis exprobrãtes ne perturberis, sed intelligens immortalẽ fructũ consolare animam tuã spe erga deũ, et hac releuãs vite dolores, dic quadragesimũ primũ.

Frequẽter vis dei beneficia recordari que patrib⁹ fecit, & in exitu de Egypto & i deserto, & quomodo deus q̃dẽ bonus, ipsi aũt ingrati, habes. 43. 77. 88. 101. 105. 106. 113.

Confugisti ad deum, & euasisti tribulationes tibi paratas, si gratias deo agere vis, & narrare ei⁹ erga te benignitatẽ, habes. 45

peccasti, et cõuersus penitentia moueris, et petis misericordiam cõsequi, habes cõfessionis et penitentie verba, in psalmo. 50.

Si calumniam passus es a malo principe, et diabolum vides gloriantem, secede, et dic que sunt in. 51.

Quando aliqui te persequi et calumniari statuunt, prodere volentes vt Pharisei Jesum, et alienigene Dauid, ne tedio marcescas, sed confidens in domino laudãs eum.

dic que habentur in.53.et.55.

Si autē cōcurrat persequutio, et ex ignorantia in spelūcā ingrediatur in qua tu lates, neq; sic metue. Habes enī in eiusmodi necessitate vtilis ꝛ ad cōsolandum et eterne memorie tradendum in psalmo.56.et.141.

Si obseruari iusserit domum qui insidiatur et tu effugeris, habeto deo gratiam in anima tua tanquam in tabulis incidendā, ad perpetuam rei memoriam, quia non sis perditissime consumptus, et dic.38.

Si exprobrent inimici qui tribulant te, et nugis detrahant, qui reputati sunt esse amici: et tu tristitia mouearis aliquantulū in exercitatione tua, potes cōsolationes recipere, laudando deum: et dicendo.54.

Cōtra hypocritas, et persona glorios: dic ad conuersionem eorum.57.

Ad irruentes in te asperius, qui conātur rapere animam tuam, oppone subiectionē erga deum tuum: et bono sis animo, quanto enī magis illi seuiūt, tanto plus subijcientur domino. Dic autem que in psalmo. 61.

Si persequutionem fugiēs, in desertum concesseris, ne metuas, quasi solus ibi sis: habes enim deum: et diluculo ad eum sur-

gens.dic. 62.

Terrent te inimici,et insidiari nō desinūt: quinimo cuncta que tibi aduersa sunt perquirūt,etiam si plurimi sint, tu ne cesseris: sagitte enim paruulorum erunt plage eorum,si concinueris. 63.67.69.et. 70.

Quando cupis hymnum deo canere, habes. 64.

Si velis instituere aliquos de resurrectione,canta. 69.

Petis a deo misericordiam, lauda eum:et cane sexagesimum sextum.

Si videris impios in pace letātes, ne scādalizeris: neu commouearis, dic et tua ea que in. 72.psal.continentur.

Quando iratus est populo deus, habes verba quibus illum prudenter consoleris in septuagesimotertio.

Quando confessione tibi opus erit, cane 70.74.91.104.105.106.107.110.117.135. centesimum trigesimum septimum.

Vis refutare gentiles et hereticos: quia non sit in eis dei cognitio, et in sola Ecclesia: potes intelligens canere, et dicere que sunt in. 75.

Cum inimici preoccupāt effugia tua,

et omnino tribularis, etiam dum perturbaris noli desperare: sed ora. Et si clamãs exauditus fueris, gratias age deo. dicens septuagesimũ sextũ. Si perseuerãtes inimici irruerint: et polluerit domũ dei, et sanctos occiderint, et eorum corpora volatilibus celi obiecerint: ne cõsternatus metuas eorũ crudelitatem, qui cõpassus es patiẽtib⁹: accede igitur ad deũ, et dic septuagesimũ octauũ.

Desyderas in die festo cãtare domino, cõuoca, dei seruos et cane. 80. et nonagesimũ quartum.

Congregatis iterum inimicis omnibus circumquaq; et minantibus domui dei, et conuurationes facientibus contra religionem: vt non frangaris animo propter multitudinem et potentiam eorum, habes quasi anchoram spei, verba Psalmi. 82.

Si vides domum dei & eterna eius tabernacula: et desyderium habes ad ea sicut habebat Apostolus, dic et tu. 83.

Si cessauerint tandem ira & soluta captiuitas fuerit, quo gratias agere parat⁹ sis. habes. 84. et. 125.

Differẽtiã autẽ Ecclesie quoad apparatũ et figuras si vis cognoscere, et reuereri, po-

tes dicere que sunt in. 86.

Cõfortare vis teipsum: & alios ad religionem: et quod spes in deum non confundit, sed intrepidam parat animam, lauda deũ: et dic. 90.

Vis in sabbato canere: habes. 91.

In die dñico vis agere gratias: habes. 23

In secunda sabbati vbi canere voles: accipe nonagesimum quartum.

Cupis in Paraseeue modulari, habes laudem in. 92. tunc enim domus edificata fuit, quãuis hostes conarentur impedire. atque ideo triumphale carmen canendum est ipsi deo. Unde tũc dicta recitare decebit vt in. 92

Si captiuitas fuerit, et vastata dom⁹, rursusq; edificata, cane que sunt in. 95.

Si terra fuerit ab hostibus vexata, et deinde quiescat regnante domino: et velis de eo carmen modulari: habes. 96.

Vis i quarta sabbati canere, habes. 93. tũc enim traditus dominus, cepit vlcisci mortis vindictam: et de ea triumphare cum audacia. Cum igitur Euangelium legens videris in quarta sabbati Judeos cõsilium capiẽtes cõtra dñm, ipsum aũt audacter stãtẽ p nobis aduersꝰ diabolũ, cane q̃ sunt in. 93.

Uides item prouidentiam dei in omnib⁹. et erga omnia et dominum eius.et vis initiare aliquos in eius fidem et obedientiam. persuadendo prius vt confiteantur.dic.69.

Si noueris eius iudiciariam potestatem. et quod iudicio admiscens misericordiã iudicat deus vnde recipere velis consolationem.habes.101.

Quoniam autẽ decet per omnia et in omnibus nos gratias agere deo, quãdo cupis bñdicere ei: habes quo tuam animam adhortẽris vt dicas.102.et.103.

Uis laudare deum et cognoscere quomodo et quamobrem laudari debeat:et qui sermones conuenãt laudãti, habes. 116. 117. 134. 145. 146. 147. 148. 150.

Habes fidem illis que dixit dominus: et credis illis que orando loqueris.dic.115.

Ascendẽtẽ teipsum senseris operib⁹ quasi dicas, que retro sunt obliuiscar. quæ ante, intendo: habes singularem felicitatis progressũ.ad dicẽdũ qndecim graduũ carmina

Si captiuatus alienis cogitationib⁹ sensisti te abductũ et penituit, desine deinceps et mane vbi te peccantem deprehendisti: sede ac luge tu quoq; quemadmodũ fecit tũc

populus,dicens que sunt in. 136.

Arbitraris tẽtatiões esse tui pbationẽ,et vis post tẽtationes agere gras.habes. 138.

Comprehensus es rursus ab inimicis, et liberari vis..dic.139.

Oblectrare et orare vis,cane quintũ. 140. 141.142.145.

Inimicus tyrãnus insurrexit aduersus populũ,tu autẽ vt Dauid ipsum Goliath. noli timere: sed crede tu quoq; vt Dauid et dic canendo. 143. Beneficia dei miraris, et bonitatem eius tam in te q̃ in omnes recolis. Et propterea benedicere deo vis,dic verba que Dauid ipse dixit in. 104.

Cãtare vis dño.habes addicẽdũ.95.et.97

Si pusillus forte prælectus fueris ad aliquem vsum fratribus tuis, ne extollaris contra ipsos, sed deo qui te elegit.da gloriã. et dic tu quoq;.51.q̃ peculiar; ipli⁹ dauid est.

Vis canere habentem obedientiam Alleluia, accipe. 104.105.106.110.111.112.113. 114.115.116.117.118.134.145.146.147. 148.149.150.

Quando vis singulariter de saluatore canere,inuenies in quolibet Psalmorũ talia. Magis autem habes. 44.et.109.qui de-

monstrat ingenuam eius ex patre natiuitatem, et corporalem ipsius presentiam. Sexagesimum autem primum, et. 68. qui dicũt de diuina cruce, et quantum pro nobis insidiarum toleratut, & quanta passus est. Sed et. 2. et. 108. qui significant Judeorum insidias, et malignitatem, et Jude Iscariote proditionem. Vigesimum etiam nonũ, et. 71. qui manifestant regnum eius, iudiciariamq potestatem, et ipsi⁹ ad nos item corporalem presentiam. Jnsinuat et. 15. corporalem eius resurrectionem. 23. quoque et. 46. in celos ascensionem. Cumq legeris 92. 95. 97. 98. potes cõtemplari saluatoris beneficia in nos, per passiones collata.

¶ Ad Lectorem.

MEmineris candide Lector numeri Psalmorum, qui in isto Athanasij tractatu continetur, esse secundum communem translationem. quiq post principium Psalmi in margine positi, signatur.

Succinctissima ꝙ quãtum Phrasis Hebraica permittit: ad literam proxime accedens: Paraphrasis in cõcionem Salomonis Ecclesiaste per Joannem Campensem.

Ornatissimo viro Jacobo Dures Ecclesie collegiate sancti Petri apud Insulenses Decano. V. F. S.

QUum tamdiu mecũ solicit⁹ disperissem: num qua tandem ratione possem animum meum tue dignitati addictissimum: ab ingratitudinis nota vindicare: opportune hisce diebus Ecclesiasten nõ minus docte: quã perspicue Latinis verbis p Joannẽ Campensem virum: vt et ipse nosti: doctissimum: nobis concionãtem a Lodouico Bauuino: viro integerrimo: nactus: tibi literarũ: sacrarũ presertim: amantissimo: ac per te studiosis oĩbus nunc typis excusum mitto. Maiora etiã cupidissime missurus: simulatq; huic mee tui nominis studiosissime voluntati respondere facultas. Sed q̃d dixi: maiora? certe si remipsam potius expendamus: quam verba adnumerem⁹: vix quicquam manus sperare possimus. Libellus est exiguus: esto. Nonne et minutis herbis magna ineſt virtus? ac minimis gẽmis maximum adest precium? In hoc quãtũuis paruo libello pacificus ille Salomon veram sapientiam: nimirum ipse sapientissimus: rectius tradit: quam Philosophi isti suis immensis voluminibus. Qua re quid maius haberi potest? Itaque mi obseruandissime. D. Decane libellum hunc s.c maximum obuiis ulnis amplectere: ac nostrum de te bene merendi studium boni queso consule. Lutetie. M. D. xxxij. xiiij. Caleũ. Decemb.

Concio filij Dauid regis in Hierusalem.

Caput I.

1 Constanter affirmat concionator omnia omni tempore obnoxia esse vanissime vanitati.

2 Quem enim stabilem fructū referet homo, ex ijs que sub sole sunt: etiam si multis modis se torqueat in hoc, vt fructum aliquem inueniat:

3 Qui nunc versatur in terra, assidue ad interitum properāt, et alij in eorū locū succrescunt: terra interim immota manet, veluti theatrum, in quo hec fabula peragitur.

4 Oritur sol, et occidet sol: et vbi ad locū suū pre opere anhelans redierit, iterum ibi sine cessatione orietur.

Sol suo modo oia q̄ sub ipso sunt: immutat.

5 Flat nunc versus austrum ventus, nunc versus Aquilonem: et versus alias deinde orbis partes, donec singula irrequete lustrādo reuertatur eo, vnde flare ceperat.

6 Omnia flumina influunt in mare, et mare non exundat: remittit enim mare ea, ad loca vnde fluere ceperant, vt rursus in mare influant.

6 Ipsi oculi iter videndū tanquam res inter audiendū

7 Omnes res, dum absque vlla intermissione currunt, sic lasse fiunt, vt non possit homo appolite de eis quicquam proloqui: non enim subsistunt donec oculis quãtumuis diligenter contemplantis, vel auribus auidissime auscultantis fiat satis.

assidue mutant: et ser p quẽ rerũ simulachra ad sensus diffundunt: assiduevẽ to agitatur.

8 Quicquid olim fuit, nunc est, et simile est illi quod paulo post erit: quicquid factũ est olim, nunc est: et aliquanto post simile illis fiet. In summa, nihil omnino est sub sole nouum, quod huic vicissitudini obnoxium non sit.

9 Inueniri ne poterit res vlla, de qua dicere liceat, hec res noua est: Non profecto: fuit enim seculis superioribus, et interiit sicut et hec interitura est.

10 Primorum nulla apud nos nũc extat memoria: funditus enim interierunt, neque horum que nunc stulti miramur, vlla apud posteros memoria erit.

11 Ego concionator, quãuis rex essem totius populi Iudaici, habitans in Hierusalem.

12 Toto pectore in hoc incubui, vt sapienter inuestigando, perdiscerem quicquid sub sole fiat.

13 Hoc molestum cognoscendi studium, im-

milit deus in animos hominum, vt eo se torqueant.

14 Considerauí omnia que sub sole fiunt: et deprehendi nihil esse in rebus omnibus preter meram vanitatem: que tamẽ hominis animum mirifice torqueat.

15 Quod corruptum est, restitui non potest: que autem assidue corrumpuntur, innumera sunt.

16 Dixi apud me, multum promoui studium sapientie: et adieci plurima, ad ea que a veteribus inuenta sunt: mea enim diligentia plurima sunt inuenta, que ad sapientiam et rerum cognitionem multum faciunt.

17 Totum enim me tradidi studio sapientie, eámque quo certius assequerer: etiam hominum insanias et stultitias discere conatus sum: verum conando comperi, et hoc studium esse insignem quendam animi cruciatum.

18 Qui enim conatur supra modum sapiens fieri, plurima experietur valde ingrata: et qui ad prorem eruditionem aliquid addere volet, id sine magna molestia nõ perficiet.

Caput 2.

1 Dixi itaq; apud me, cuppeditabo tibi omnis generis iocos, et quicquid risum excitare poterit: oblecta te illis: sed & hec quoq; cito vana iudicaui.

2 Risui enim dixi, dementas homines: iocis vero, non pudet sic ineptire:

3 Statui itaq; apud animum meum, lõgis conuiuijs et multo vino corpus meum moliter curare, et stultitiam que est in reliquis rebus experiendo discere: si forte possit vlquam inueniri aliquid dignum, quo se occupet humanus animus: dum hec permitto corpori discendi gratia, animus vlque suum officium facit, singula sapienter cõsyderans.

4 Dentaui itaq; non vulgaria, sed edes extruxi magnificas, plantaui vineas.

5 Paraui mihi hortos et paradisos, & in eis plantaui arbores fructiferas oĩs generis.

6 Aptaui mihi aqueductus, quibus hec arborum fructiferarum syluа posset irrigari.

7 Emi mihi seruos, et seruas, et ex eis nati sunt mihi verne: armẽta preterea, et minorum animaliũ greges possedi plures, quã vllus ante me in Hierusalem.

8 Congregaui mihi argentum et aurum, & ea que proprie pertinent ad reges, et prouinciarum dominos: cõquisiui mihi cantores et cantatrices, & quarum amore nulla natio non capitur, puellas plurimas.

9 Magnus in hoc pacto sum factus, et superaui omnes qui ante me fuerunt in Hierusalem: interim sapientia mihi in omnibus adfuit, que de ijs iudicaret.

10 Quicquid ex his, oculis putaui fore gratũ, illis obtuli, nihil ab eis abscondens: nec auocaui cor meũ ab vllo genere letitie: quin potius animus meus explet se quãtum potest oblectatione harum rerũ, que tanto studio cõquisite sunt: nec alium sensi fructum tam molesti conat⁹, quam vt oculos pascerem, et animus se nonnihil recrearet.

11 Cepi itaq; tandem omnia que fecissem recensere, et quantum laboris insumpsissem priusquam hec perficerentur: et deprehendi omnia plane esse res nihili, que interim tamen animum crucient, neq; vllum stabilem ex re qua bis fructũ capi posse in hac vita.

12 Iterum me cõuerti ad ea, vt saltem viderem quanta sapientia vsus essem in omnibus illis, et deprehendi in vino insaniã mul

tam, et in reliquis manifestam stultitiam.

Nec Salomonē in ea gloria, &c. Lucc. xij.

Quid enim est homo, vt imitatione regis dei, aliquid magni conetur, cum nullā quātumuis paruam ex omnibus rebus, quas ille innumeras fecit, equare possit?

13 Vidi tantum inter sapientiam et stultitiā interesse, quantum interest inter lucem et tenebras.

14 Sapiens enim habet oculos in fronte, stultus vero veluti cecꝰ palpitat in tenebris: sed interim video eundem habere extitū omnia.

15 Dixi ego apud me, si ego ab illis que manent stultum liber non ero, quorsum conatus sum supra quam satis erat fieri sapiēs: iterum ergo iudicaui, ne sapientie quidem studium carere vanitate sua.

16 Quia non erit diuturna memoria sapientis magis quam stulti: quomodo enim id quod olim fuit, obliuioni nūc traditum est, sic et id quod nunc est, subsequētibus annis obliuioni tradetur, et eque morietur sapiēs atq; stultus.

17 Quare execrari cepi miserias viuentium, quod viderem apud me, quantum sine fructu, sit molestie in rebus que fiunt sub sole: omnia enim inania sunt, et nihil quam

animum cruciant.

18 Odille etiam cepi, quicquid fecissem, quã-tumuis magno labore sub sole: quod relinquere id omne cogar alteri, qui mihi succes surus est.

19 Et quis nouit, futurus ne ille sit sapiens, an stultus: qualiscũq; erit, certe accipiet omnia mea, que tanto studio, et tanta solertia paraui toto tẽpore vite mee: certe hoc quoq; plane vanum est.

20 Quare cor meũ statui liberare curis, quibus solicitus fui, et sapienter agere visus sum sub sole.

21 Contigit enim hominem sapientia et rerum cognitione, et frugalitate per omnia vlum, relinquere ḋequid sic illi partum est alteri, qui eius laboris plane expers fuit: certe hoc quoq; vanum est, et merito multum hominem torquet.

22 Quid enim accipit talis homo ex tãm variis curis, et animi tormentis, quibus se torquet sub sole:

23 Omnes dies vite eius miserabiles sunt, et omnes conatus eius tedio pleni: per noctem vix quietem admittit animus ei⁹: profecto hoc quoq; insigniter stultum est.

24 Nihil melius homini, quam si comedat & bibat, et oblectet animum suum inter tam varias solicitudines: hoc eñ iudicaui a benignitate dei profectum.

Ad liberalē eoꝝ q̄ adsunt vsum hortatur: et abauaritia pessima animi peste deterret.

25 Quis enim me vixit sumptuosior et liberalior?

26 Certe homini cui bene volet deus, dabit eā prudentiam et eam sapiētiam vt audeat vti rebus suis: peccatori autem immittet solicitudinem augendi, & coaceruandi in vsus illius quē deꝰ illa accipere volet: quarę neq; hoc insigni caret vanitate.

Caput 3.

1 Omnium rerꝫ vicissitudo est, neq; quicquam est sub sole stabile.

2 Qui nunc gignuntur, aliquando morientur: que nunc plātātur, alio tēporę euellent.

3 Nunc amputamus, que olim vt adolescerent, curauimus: nūc destruimus que olim extruximus.

4 Interdum flemus, interdum ridemus, interdum mesti lugemus, interdum prę letitia subsilimus.

5 Nunc diruimus vetera edificia, nūc ex eisdem lapidibus extruimus noua, nunc operam damus amplexibus, nunc ad ample-

rus nauseamus.

6 Q onnũquam magno studio querimus, quod paulo post perdamus: nonnunquam comparcimus quod postea dilapidemus.

7 Q uãdoq; discerpimus, q; olim consuim⁹: quandoq; velut muti tacemus, quandoque inepte garrimus.

8 I nterdum amamus, et iterum odio p;o-sequimur amatum: interdum inimicitias exercemus, quas iterum deponimus alio tempo;e, et pacem amplectimur.

9 Q uem fructũ capit homo ex tam pugnantibus, et molestis occupationibus?

10 D ep;ehendi quod de⁹ imminserit animis hominũ eiusmodi molestas occupationes, vt ipsi se illis to;queant.

11 Q uicquid fecit deus, pulch;um est suo tempo;e et loco: et mundum hunc totum exposuit examinãdum ingenio illo;um: verum ipsi nulli⁹, vel magne vel parue, earum rerum quas deus tam multas fecit, rationẽ inuenturi sunt.

12 Q uare vidi nihil in omnibus illis rebus esse, quod homini bonũ esse posset, nisi fo;te exhilarare illum sese et benefacere sibi dum viuit.

13 Si homini contigerit animus vt comedat
at bibat et fruatur suis, inter tam varias
miserias, donum dei manifestū esse putet.
14 Certo cognoui, quod quicquid facit deꝰ,
erit quale ipse id esse volet: neqꝫ quisquam
adiscere quicquam poterit, neqꝫ ab eo quic-
quam tollere: et deꝰ quicquid fecit. in hoc fe-
cit, vt nos illum hec tam varia videntes
reuereamur.
15 Quod fuit olim, nunc est: et decretum fuit
olim, vt etiam temporibus futuris esset: as-
sidue namqꝫ reuocat que veluti fugata hinc
abierunt.
16 Et tanquam nō esset malorum ex hac in-
constantia satis, vidi locum sub sole equita-
ti destinatum, in quo dominatur impietas:
et locum iniustitie in quo regnat impius.
17 Dixi apud me admirans, et iustum et im-
pium iudicabit dominus: ad eum enim re-
feruntur iudicanda quecunqꝫ aut cogitan-
tur nunc aut fiunt.
18 Cum non inuenirem causam aliam qua-
re deus hec permitteret: visum est mihi,
velle illum huiusmodi humanis tumulti-
bus, hominem sic exercere, vt videat se in
hac vita parum differre a brutis: non ali-

ter enim inter se homines tumultuantur, nec maiori sepe ratione, quam bruta inter sese.

19 Insuper et interitus hominum: et reliquorum animantium, idem est. Quomodo enim moriuntur bruta, moriuntur et homines: nec apparet ex ijs que fiunt sub sole, aliam esse hominis, et aliam brutorum animam: nec vltra bruta animantia quicquam habere hominē: omnia enim eque vanitati subiecta sunt.

20 Quicquid est, siue homo, siue aliud ab homine, ad eundem locum tendit: Ex terra enim facta sunt omnia: et in terram iterum resoluentur.

21 Quotusquisque interim nouit: an hominis anima ascēdura sit sursum: et reliquorum animantium cum corporibus interitura sit.

22 Quare nihil inueni boni in omnibus his preterquam boni consulere omnia, et frui partis sine solicitudine: illis enim se homo sustētat: alia vero omnia extra ipsum sunt, et alijs relinquere cogetur: interim vt maxime velit solicitus esse, quis indicabit illi, post ipsum quid futurum sit:

Caput 4.

1 Conuerti me ad alia, vt viderē q̄ variis modis opprimātur homines in hac vita: et vidi flentes plurimos, cum iniuria afficerentur, nec esset quisquam qui eos cōsolaretur, et multo minus qui de violentis opprimentium m̄anibus eos eriperet.

2 Quod cum viderē, iudicaui feliciores eos, qui vita olim defuncti sunt, his qui adhuc tam calamitose viuunt.

3 Quin et vtrisq; fortunatiores dixi eos, qui nūnquam nati fuerunt: illi enim nihil viderunt horum malorum que in hac vita homines in homines designant.

4 Multa experientia didici hominum conatus, et studia non alio tendere, q̄ vt quisq; vicino suo, quibus possit artibus noceat, et rem propriā promoueat: q̄ quid est aliud q̄ molestissimis cur/ animū misere torquere?

5 Stulti quidem ab horum quos diximus moribus abhorrentes, vitium in contrariū currunt: iunctis eīm manibus desidēt otiosi, et quicquid habent consumunt, donec ad extremam inopiam perueniant, et carnem propriam rodere cogantur.

6 Melius, inquiētes, est paulum cum igna-

uia, quam multa laboriose cum anxietate conquirere.

7 Conuerti me et ad alia, et vidi nouum vanitatis genus.

8 Inueniuntur homines soli sine socijs, sine liberis, sine cognatis, qui non aliter sine fine laborant, ꝙ si illis ĩnumeri alẽdi essent: cupiditatibus eorũ nulle diuitie satisfaciũt: nec vnq̃ ad se redeunt, vt apud se dicãt, quibus laboramus? in quorum gratiam fraudamus genios nostros bonis, que plurima possidemus, et quorum non est alius vsus, ꝙ vt nosmetipsos oblectem⁹? hoc, si quidq̃ aliud, insigniter stultum est, et animi molestissimum tormentum.

9 Quare meliorem & commodiorem iudicaui vitam duorum vna viuentium, quam vnius solius: adfert enim boni non parum ipsa societas: & si nihil aliud, succurrũt mutuo in malis, que in hac vita omnibus ferenda sunt.

10 Si enim alter eorum ceciderit, alter collapsum socium erigit: qui plane miser esset, nisi in ipso casu haberet, qui manum illi porrigeret.

11 Si duo simul dormierint, alter alteri⁹ ca-

lefaciet,solus vero egre calidus fiet.

12 Si vnus aliquis vim facere conetur, duo resistent illi: et funus triplicatus non facile rumpitur.

13 Melior est adolescens pauper, si sit sordatus, rege sene deliro, qui non sustinet amplius admoneri.

14 Egressus est nonnunquam e carcere quis, qui vinctus ibi fuerat, et regno præficitur: cum econtrario patre rege natus adhuc inopiam redigatur.

15 Vidi maximo numero homines sequi adolescentem illum, qui seni in regno successurus est.

16 Non minor fuit numerus,eorũ qui senem hunc olim sequebantur, cum regno præficeretur,quam nunc est qui nouum hunc ambiunt: et sicut grauis illis superioribus visa est potestas regia illius, qui nunc cõtẽnitur:ita et huius qui nunc tantopere placet grauis videbitur:quare & ambitus ille suã habet vanitatem,et animi tedia.

17 Vide diligenter, quid faciendum tibi sit ingressuro domum dei, vt ores: et scito illuin proxime tibi adesse,et audire cuncta,caue ego ne multis verbis cum illo agas stul-

corum more. quorum sunt ingrata deo que faciunt omnia.

Caput 5.

1 Ne præceps sis in lingua tua orare deum, neq; properet cor tuum effundere verba in conspectu dei: est enim deus in celo, vnde tua omnia, qui in terra degis, videt: quare paucis apud illum vtere verbis.

2 Sicut diurnæ cure gignũt somnia, ita multa verba stultam faciunt orationem.

3 Si quid inter orandum promiseris, ablq; mora illud persolue: ne illũ stultorum more multa promittendo, grauiter offendas. Si quid ergo promiseris, presta.

4 Melius est nihil promittere, quam promissa non prestare.

5 Quare caue ne lingue futilitas, totũ te petõ inuoluat: neq; putes ãgelũ, q̃ tua obseruat, rẽ tã estimaturũ leuẽ, q̃ tu existimabas. qui pre multitudine v̈boꝝ vix sciebas q̃d promitteres, aut diceres, quod tu tam leue putas, deum sic offẽdit: vt nõ solũ orationẽ tuã, sed ppter eam, et alia opera tua sit exectratus.

6 Sicut i multis sõnijs plurima sũt vana: ita et i multis v̈bis: quare tu deũ ex aio reuerere.

7 Si videris vlquam oppressionem paupe-

ris,et subuersionem equitatis & iustitie, ne
mireris. vt eiusmodi latere deum putes:
habet enim oppressor ille superiorem, qui ea
que facit diligēter obseruat:et supra vtrūq;
illorum alij superiores sunt °

8 Summū quod terra homini prestare po-
test,est agellus aliquis, cui colēti cum satis
esse possit, vt ex eo viuat:et cui ille cōtingit,
et eo contentus est,is plane rex est.

9 Qui amat pecuniam,nunquam illi tantū
pecunie adferri poterit,vt sit futurus con-
tentus:et qui inhiat diuitijs, nunquam ex
eis fructum vllum capiet: quisquis talis,
insigniter vanus est.

10 Vbi diuitiarum plurimum est, ibi plur-
mi sunt qui comedunt eas: Et quid habet
amplius is cuius sunt diuitie, quam quod
videt alios eas consumere?

11 Suauis est somnus ei qui laborando exer
cet se,siue parum,siue multum comedat:sa
turitas autē diuitis,non sinit illū dormire.

12 Inuenitur aliud tristissimi mali genus:
vidi sub sole diuitias magna diligentia cō-
seruatas,in perniciem possidentium eas.

13 Perierunt opes ille,et dominos suos gra-
uiter afflixerunt:neq; enim ipsis neq; filijs

eorum, quicquam reliquum fuit.

14 Sicut nudi egressi sunt ex vtero matris, ita nudi eo reuertentur, vnde prodierunt: neq; illi quicq; eorum hinc secum asportabunt, que tantis molestijs conquisierunt.

15 Sed et hoc quoque, si nihil aliud sit triste malum est, quod omnes quo modo intrauerunt in mundum, eo et relicturi sunt ipsum: et quid proderit animum hic varijs curis afflixisse?

16 Tota vita sua sordide vixerũt tracũdi, seipsos cruciantes & simultates exercentes.

17 Meo ergo iudicio suauius est comedere et bibere: et frui bonis inter has miserias, quibus affligimur sub sole, paucis diebus illis vite nostre quos deus nobis concedit: nihil enim amplius ex omnibus acceptu-rus est homo.

18 Certe si cui deus dederit diuitias et opes, et animum vt comedere ex illis audeat: et accipere id ex eis quo solo homini vtui esse possunt, vt comedendo et bibendo oblectet se, hoc ingens donum dei est.

19 Parum enim, qui talis est, memor erit incommodorum vite sue: deus enim exercet cor eius hilaritate.

Caput 6.

1 Est malum quod vidi sub sole, frequens apud homines.

2 Inuenitur quibus deus dedit diuitias, opes et gloriam, adeo vt nihil eis desit eorum que ab hominibus desyderari possunt, sed animum vtendi illis non tribuit: quin potius ignotus aliquis fruetur illis. hoc certe vanum est et graue tormentum animi.

3 Si quis centum genuerit liberos, et dies vixerit annis plurimis, animū tamen suū fraudauerit bonis, sepultura quoq; honesta caruerit: iudicabo illo fortunatiorē, qui matre abortiente eiectus est.

4 Hic enim vt nugamentum aliquod a conceptu in vtero aliquousq; obscure progressus est, sic tamen vt ne nomen quidem eius vlli cognitum fuerit.

5 Solem enim non vidit, nec quicquam nouit, et liber fuit ab illis quibus auarus assidue torquetur.

6 Quid proderit homini, si contigerit illum viuere annis bis mille, & bonis suis nō fruatur: nonne finem capiēt anni illi, et eodem tendent quo alij omnes, vel alia omnia?

7 Vllus fructus est alius humani laboris,

quam cibum oꝛi suppeditare: quod quãuis
factu facile sit, animi tamen cupiditati om-
nino satisfieri non potest.

8 Quid amplius accipiet sapiens ex suo la-
boꝛe, quam stultꝰ? et qđ minus habet pau-
per, qui industria sua sibi victum parat, in-
ter illos cum quibus viuit?

9 At melius inquiens est, contemplari ocu-
lis diuitias pꝛesentes, quam industria sola
fretum, in diem moꝛe pauperis viuere. cer-
te falleris, qui hoc putas: non aliud enim
aspectus diuitiarum adfert, quam animi
stultas curas et toꝛmenta.

10 Qua ratione fuit olim vnũquodq; pꝛius q̃
esset, nomine suo notum & scitum fuit: quid
hic velit nolit homo, futurus esset, nec pos-
set nisi frustra contendere cum deo, qui ip-
so foꝛtioꝛ est, quare sic vel sic factus sit.

11 Et si quis multis verbis contendere cum
deo conetur, nihil illi eiusmodi obmurmu-
ratio pꝛoderit.

Caput 7.

1 HErẽdũ est equo animo, q̃ a deo im-
mittitur: quis eñ nouit quid expe-
diat homini diebꝰ vite, qbꝰ hic vanitate vi-
uitur? fecit eñ dies hoꝛis deus similes vm-

bre. de qua post abitum quid fiat sub sole quis iudicabit?

2 Melior est fama bona post mortē, quam odor fragrantissimi vnguenti: & dies mortis, melior est die quo quis nascitur.

3 Magis expedit ire in domū luctus, quam in domum conuiuij: in illa enim videt quē finem habitur⁹ sit omnis homo: et qui videt mortuum alium, non potest non aliquo modo animus eius commoueri.

4 Melior est tristitia, quam risus: quia per tristitiam, que in vultu apparet, cor admonetur officij sui.

5 Animi viri sapiētis, versatur in domo luctus: animus vero stolidi, in domo cōuiuij.

6 Fortunatior est qui patienter audit obiurgationem sapientis, q̄ est is qui audit assidue cantillantem stultum.

7 Qualis enim est strepitus stipularum ardētiū sub olla, talis est ris⁹ stultor: interim neq; sapientis obiurgatio vanitate caret.

8 Quia mali, si obiurgentur, q̄ alios oppriment, affligunt sapientem: et perdere conātur eum qui cor habet tam insigni sapientie dono exornatum.

9 Melior ergo est finis rei, quā principiū, & ho-

mo patiẽs quam is qui libere alios carpit.

10 Ne inducas in animum tuum, vt cito ira scaris: solent enim stulti fere esse, qui proni sunt ad iram.

11 Ne dixeris apud te, per telus malorũ presentium. Quid causse est, q tempora quibus vixerunt maiores nostri, meliora fuerint, quam sint hec nostra: Non est enim prudẽtis viri talia interrogare, cum manifestũ sit habuisse illa tempora incommoda sua, sicut et hec nostra habent sua.

12 Melior est sapientia que cum diuitijs coniuncta est, et vtilitatis plus adfert tempore huius vite, quo solem spectamus.

13 Adfert enim momenti multum sapiẽtia, et nonnihil etiam diuitie: hoc tamen habet supra diuitias sapientia, q sapiẽtem ad vitam perducat eternam.

14 Considera vniuersa que fecit deus: et inuenies nihil eorum posse restitui, que ille perdidit.

15 Quare dum adest bonum, fruere, et in aduersis patiens esto: voluit enim omnia de vicissitudini obnoxia esse: vt viderit homo nihil esse stabile cui tuto fidi possit.

16 Vidi plurima diebus vanitatis mee, & in-

ter cetera, iusto esse nonnunquam iustitiam
suam exitio: et impiū in impietate sua diu
et feliciter viuere.
17 Noli ergo iustus nimium, neq; sapiens
vltra modū: ne forte et tu similiter pereas.
18 Neque enim exiles, et stolidus efficiaris:
qui enim eiusmodi sunt, vt plurimum pe-
reunt male.
19 Et hec pericula vites, nihil melius est, quā
vt firmiter credas: & perpetuo in memoria
habeas, quod illi qui deum reuerentur, om-
nia hec mortifera mala effugient.
20 Sapientia seipe plus iuuat illum, cui⁹ est,
q̄ possent decem primores ciuitatis.
21 Interim nullus est hominū tam sapiens
et iustus, vt non subinde peccet.
22 Quare delatoribus aurē facile nō prebue-
ris, ne audire cogaris q̄ seruus tu⁹ aliquo-
ties ex impatientia male de te locutus sit.
23 Scis enim tuipse q̄ nōnunquam locutus
sis ad eundum modum de alijs.
24 Hec omnia tentando per sapientiam didi-
dici: et non contentus ijs, conatus sum sci-
re que sciri ab homine nō possunt: sed in hoc
conatu sapientia mihi adesse recusauit.
25 Longe supra captum humani ingenij est,

belle scire quo cõsilio ab eterno vsus sit de-
in condendis, et conseruandis rebus, et mo-
dis omnibus incomprehensibile.

26 Quare reuocaui animum meum ad intel-
ligenda ea q̃ ratiocinatione inuestigari pos-
sunt: et ad cognoscendam impiam stultitiã,
et amentes insanias.

27 Et inuenio amariorẽ esse ipsa morte mu-
lierem, que vna est instar venatorum mul-
torũm: cor eius simile retibus multis, et
manus vinculis: qui charus est deo libe-
rabitur ab illa, peccator vero laqueis eius
irretietur.

28 Ecce inquit concionatrix sapientia, hoc de-
prehendi ex comparatione rerum inter se,
id quod queritur inueniri solere.

29 Laboraui vlq; in hanc horam, vt confe-
rendo officium feminarum cum ingenio et
moribus, bonam et prudentem aliquem in-
uenirem, sed nihil successit: ex mille viris,
vnum inueni tolerabilem: ex mille autẽ fe-
minis, nullam.

30 Hoc solum inueni, q̃ deus fecerit Adam
rectum: et q̃ ipse cum posteris multa ma-
gno studio stulta repererit, que a simplici
recto quamplurimum recedunt.

Caput 8.

1 Quis conferendus est cum sapiente, et eo qui iudicium habet de reb⁹? Sapientia hominis gratiosum facit vultum eius, et crudelitatem pellit.

2 Attamen suadeo etiam sapienti, vt obseruet, que rex mandabit: et prestet si que deo in testem vocato iurauerit.

3 Ne tu velox es et stolidus, tanq̃ a conspectu illius possis aufugere, pertinax in malo persiste: quicquid enim ille voluerit, perficiet.

4 Ubicunq; aliquid nomine regis mãdatũ fuerit, ibi ẽ potestatẽ esse puta exequẽdi, qđ mãdatũ est: nec audeat quisq̃ contradicere, aut querere cur hoc mandauerit rex.

5 Qui obediens est mandato, nõ sentiet malum: tempus autem aduenturum, vt sumatur supplicium de transgressoribus, nõ ignorat sapiens.

6 Statuit nãq; deus tẽpus, quo de omnib⁹ iudicatur⁹ est: et priusq̃ illud adueniat, variis et periculosis malis expositi sumus.

7 Nec scire cuiquam datur quid illi cõtinget: quis enim id possit illi indicare.

8 Et si sciret, nihil illi prodesset: nemo enim tam potens est, vt animum suum cõtineat:

nec appetente morte vires ulle quicquam proderunt: neq; est spes ulla elabendi ex illo prelio, quod nobis cum morte ineundum est: nec impium tunc sua impietas liberare poterit.

9 Hæc uniuersimodi plurima obseruaui, et diligẽter exprendi que fieri vidébam sub sole, quo tempore homo in hominem imperium exercet, non sine malo illius qui ferre imperium cogitur.

10 Itaq; vidi impios ad sepulchrum vsq; feliciter degere. et ipsos veluti resurgere in filijs: et versari inter honoratos in loco sancto: eos vero qui bene faciũt contemni a ciuibus: sed et hoc insigni vanitati nõ caret.

11 Quia non subito sumitur supplicium de his que designant homines, ipsi non faciunt finem intrepide malefaciendi.

12 Quoniam nanq; peccatorem cẽties impie agere, et quãtum apparet, id feliciter illi cedere: ego interim scio, quod illis solis bene erit qui deum reuerentur.

13 Impio vero quantumuis appareat, nihil continget veri boni: quin et dies vite illius, et si multi videãtur, citius umbra, que res nihili est, abibunt.

14 Est et alia vanitas, et frequens in hac vita: videmus enim euenire iustis mala, que impios ferre decebat: et econtrario impijs bona, que iustos accipere equum erat: certe hoc vehementer molestum est.

15 Quare laudaui hilgritatē animi: nec quicquam vidi melius, q̄ comedere et bibere, et frui bonis: hoc em̄ solū accipiet homo tāq̄ suū ex omni molestia, qua se fatigat, diebꝰ quibus vitam illi deus concedit sub sole.

16 Sic accommodaui animum meum studio sapientie, vt cognoscerem que fiūt nobis in terra degentibus vt sepe nec die, nec nocte somnum indulserim oculis meis.

17 Et consyderaui hec tam varia opera dei, que facta sunt, et que fiunt assidue, et deprehendi non posse vllum hominem inuenire rationem alicuius rei, ex omnibꝰ que tam varia fiunt sub sole, etiam si conetur omnibus viribus inuenire: quin et sapiēs ipse, si conetur, frustra laborabit.

Caput 9.

1 Omnia hec diligenter reuolui in animo, et comperi quod iustū, et sapientem, et opera eorum, deus habeat in sua potestate: neq̄ quisquam nouit quos habitu-

rus sit, vel amicos, vel inimicos: cuncta enim hec hominem latent.

2 Cuncte res eodē interibūt modo: nec quicquam ab interitu liberum est, non iust⁹ magis q̄ impius: nec bonus et innocens, magis quam prauus: neq; sacrificio deum venerans, magis q̄ deum contemnēs: nō aliter interibit bonus, q̄ malus: iurare consuetus, quam is qui a iuramentis abstinet, ne deum offendat.

3 Hoc molestissimum est omnium, que sub sole fiūt, q̄ omnia absq; vllo discrimine eodem modo intereunt: et corda hominum interim implentur malis, ad insaniam vsq; toto tempore vite vsq; ad sepulchrum.

4 Quamdiu is versatur inter viuos aliquid habet amplius q̄ si mortuus esset: sicut canis viuus aliqd habet amplius, q̄ leo mortuus.

5 Siquidem ij qui viuunt, hoc habent, q̄ sciāt morituros: mortui vero nihil horū noverunt. nec sunt apud viuos vllo amplius in precio, sed obliuioni penitus traditi.

6 Nec amicos amplius, nec inimicos, nec quos emulentur habēt: nihil illis amplius commune est cum hoc mundo, quem reliquerunt, cum omnibus que in eo sunt.

7 Comede ergo letus cibum tuum, et bibe animo hilari vinum tuum: iamdudum enim placent opera tua deo.

8 Omni tempore sint vestes tue splendide, & caput tuum assidue delibutum vnguento.

9 Oblecta vitam tuã cum vxore quã amas, tempore quo tibi vidẽdum est in hac vanissima vanitate, qua oẽs dies tui pleni sunt: hoc enim solum est propter tuũ vt omni labore, quo te fatigas tota vita tua sub sole.

10 Quicquid tibi occurrerit, quod faciendum putes, fac fortiter: nihil enim horum operũ que hic fiunt, neq; consilij, neq; prudentie, neq; sapiẽtie quicquam in sepulchro quo tu properas inuenturus es.

11 Obseruando ea, que fiunt sub sole, didici, quod raro adhibentur veloces ad currẽdũ: neq; robusti ad gerenda bella, quin et sapiẽtibus sepe deest vnde viuant, nec habent industrij diuitias, nec rerum periti in precio sunt, sed tanq; ignaui semper fuissent, tempus et casus omnes de medio tollit.

12 Nec magis nouit homo tempus mortis sue, quam pisces priusquam hamo capiantur, vel aues priusquam laqueo irretiantur: sicut enim capiũtur ille, sic mors de im-

prouiso homines illaqueabit.

13 Sed et hoc vidi quod esset sapientia sub sole, et meo iudicio magna.

14 Ciuitas enim quedam fuit parua et viri in ea pauci, et rex potēs obsidione cinxit eā, et turres extruxit contra eam.

15 Et inuentꝰ est in ea vir pauper, sed sapiēs, qui seruauit ciuitatem illam sapiētia sua: nec fuit vnquam ante periculū habita ratio pauperis illius.

16 Iudicaui tum ego, quod vtilior esset sapiētia viribus corporis: & tamen sapiētia pauperis illius tanto tempore contempta fuit, nec verba illius a quoquam estimata.

17 Verba sapientum, etiam si non multum clament, ipsa efficaciora sunt, quam principis stulti vociferatio.

18 Sapientia melior est instrumētis bellicis: qui interim peccat in vno aliquo, plurimū boni amittet.

Caput 10.

1 Sicut muscę in vnguentum quātūuis fragrās collapsę, si illic moriantur vnguentum corrumpunt, et vllis veluti scabie obducūt: sic parua sepe stultitia homini ob sapientiā, et reliquas nature do-

tes claro multum existimationi adimit.

2 Cor sapientis in dextera illius est.et cor stulti in sinistra.

3 Quacunq; iuerit stultus, vecordia eum comitabitur: et tanquam ipse solus sapiens sit,obuios omnes stultos appellabit.

4 Si dominādi cupiditas animū tuū iuaserit,locū p̄rioꝛē ne facile deseꝛueris:qui enī cōpescit in huiusmodi cupiditatibus animū suum,multa vitabit et grauioꝛa peccata.

5 Frequens enim est malum sub sole, quod ab imp̄rudentia p̄rincipis p̄roficiscitur.

6 Collocantur sepe stulti inter p̄rimos et potentissimos,p̄reteritis illis qui ad res gerēdas vehementer idonei sunt.

7 Etvidi seruos obeqtare,tāq; mobiles sint, et nobiles, seruoꝛū moꝛe, pedibus iter facere.

8 Qui fodit foueam, incidit in illam:et qui dissipat sepem,moꝛdebit illum serpens.

9 Qui p̄roscit lapides, fatigabitur sepe iaciendo: et qui secat ligna, sentiet quantum ea res habeat difficultatis.

10 Si retusum fuerit ferrum, quo secant ligna,quantumuis foꝛtibus multum negocij exhibebit:sapiētia vero difficiles alioquin res,sepe faciles reddet.

Stultos esse significat:et periculosos magnoꝛū

11 Serpens qui non edito sibilo mordet, per omnia delatori similis est. cont⁹: si prudẽtia desit.

12 Que sapiens dicit, gratiam habent: sermo vero stolidi, ipsum subuertet.

13 Principium verborum illius stultitia. et finis furia que periculo non caret.

14 Stult⁹ sic verba multiplicat, vt nemo intelligere possit, dũ loquit quid velit, & multo minus de futuris aliquid ex illis colligere.

15 Conatus stultorum lassabit eos: quia rationem viuendi ciuiliter, ignorant.

16 Infelix patria est, cui⁹ rex est puer: et principes mane comedunt.

17 Felix patria, cuius rex vir strenuus est, & principes tẽpore, quo oportet, comedũt, non comessationibus dediti, sed comedũt quãtũ satis est ad vires corporis conseruandas.

18 Ignauia dñi domꝰ soluet cõtignatio: & pigritia eius fiet, vt arceri non possit pluuia.

19 Ad voluptatem parãt cibos, et vinum bibunt, vt se exhilarent, quorum nequitie pecunia suppeditat omnia.

20 Tu interim ne ausus fueris, vel cogitare semel, vt huiusmodi i rege vel principe reprehẽdas, etiam si solus in cubiculo tuo fueris. fiet enim palam, si non aliunde, certe aues.

que in aere volitant, clam esse non sinent.

Caput II.

De eternis mysteriis intelligit.

1 PRoisce panem tuum in preterfluentes aquas, & scito non periturũ: tandem enim recipies.

2 LIberaliter egentibus tribue: sic enim fiet, vt non sentias mala que imminent.

3 VBi plene fuerit nubes, imbrẽ suũ fundẽt in sitiẽtẽ terrã: et fructꝰ arboris quocũq; loco ceciderit, siue i plaga Australi, siue Aquilonali, erunt qui colligent illum.

4 QVi obseruat curiose ventum, non seminabit: et qui metuit nubes, non metet.

5 SIcut ignoras, quomodo anima coniungatur corpori, et ossa compingantur in vtero pregnantis: sic nunquam intelligere poteris rationem vltius earum rerum, quas deus fecit tam multas et varias.

6 MAne semina semen tuũ, et vesperi ne cessa: nescis enim vtrum felicius proueniet, quod mane, an quod vesperi seminatũ est, an illud quod mane et vesperi.

7 SVaue est lumen, et gratum oculis videre solem.

8 INterim si cui ꝛtingat multis annis suauiter viuere, et tãdem in memoriam reuo-

cauerit, quanto tempore hoc sole et lumine eius carendum erit: iudicabit hec fluxa, calsa, et inania esse omnia.

9 Oblecta te adolescēs dum etas est integra: indulge genio, et versare in illis que anim⁹ deliderabit, et oculi cōcupiscēt, sed cito q̄ deo redditurus sis rationem de omnibus.

10 Pelle ex animo tuo iracūdiam, et a corpore molestiā: adolescētia enim et reliquū totius vite tempus vanitatis secū satis adferent.

Caput 12.

1 HAbe ergo ante oculos creatorē tuū, dum integra adhuc etas est, priusq̄ veniant dies pleni malis, et anni quib⁹ nihil libebit bonū facere.

2 Priusquam obscuretur tibi sol et lumen eius: luna quoque et stelle, et caligo obtegat oculos tuos.

Man⁹ intelligi vult: qb⁹ nos maxime defendere solemus.

4 Quod fiet, vbi debilitati fuerint custodes domus, et membra quibus nunc valemus, viribus suis destituta fuerint: et vilus oculozum, qui nūc veluti ex cauernulis prospectat, deficere ceperit.

5 Vbi claudi ceperint ianue platee, (per quā it cibus) vbi perierit latrat⁹ stomachi, et homo tam debilis fact⁹ fuerit, vt ad vocē aui-

cule excitetur, & perierint oia organa cãtus.

5 Et nunc e celo metum, et malum in se caturum, et terrores eos quacũq; iuerint inuadent: tunc canis aspergetur caput, et nutabunt pedes, et peribit appetitus, que signa sunt, eos hinc migrare in domum alterius seculi: circundabunt eos in plateas lugentes, vt sublatum in humeros efferant.

6 Quicquid precedit diem quo rumpetur funiculus argenteus, et diffluet pingue in illud aureum, & comminuetur hydria iuxta fontem, et fractis rotis currus in foueam precceps ruet.

Medullã intelligit que trãsit spinã dorsi: qua vel minimum lesa necesse est hoiem mori.

7 Et reuertetur puluis in terrã vnde sumptus est, & anima redibit ad deũ q̃ dedit illã.

8 Vanissima sunt omnia, inquit Ecclesiastes, et nullo tempore non vana.

9 Et quia sapiens erat supra omnes alios Ecclesiastes, multa alia populum docuit: diligenter enim scrutando omnia, multa inuenit ad sapientiam pertinẽtia, & multa restituit, sapienter ab alijs dicta.

10 Studiosius valde fuit hic concionator, vt vtilia et scitu digna inueniret: que autẽ inuenit, bona fide chartis mandauit.

11 Verba sapientum sunt veluti stimuli, et

veluti claui viri studiosi, qui aliis inculcãt, que ab vnico pastore deo vt illis excitemur, donata sunt ipsis.

Vocabulo stimuli: quo hic vtit subindicat simillimos asinis esse nos: et frequentissimus egere nos extimulationibus.

12 His paucis fili mi admonitum te puta: vt autem omnia perstringãtur sigillatim, ne plurimis quidem libris fieri poterit, & labor multa scribendi corpus defatigat.

13 Finis oim rerum qualis sit, iam auditũ est, tu deum reuerere, et mandata illius obserua. illo enim solo acquiritur, quicquid vere hominem et solide beatum facere potest.

14 Nec ignorare deũ putes, que tu facis: omnia nãq; diligentissime expendet, siue bona fuerint, siue mala, etiam ea que nobis videntur penitus occulta.

FINIS.

Parisijs per Franciscum Regnault. Expensis honestissimi viri Thome Bertheleti Londinensis typographi regij. Anno 1534.